Fœmina craſſitie paululùm *mari* cedit; ab illo quoque coloribus diſcrepat. Superiores capitis & colli partes ex fuſco ad rufum inclinant. Dorſum ſupremum & ſcapulares pennæ ex nigricante & rufeſcente variegantur, quâlibet ſcilicet pennâ in latere exteriore rufeſcente, in interiore nigricante. Dorſum infimum, uropygium & ſuperiores caudæ tectrices ſunt griſeo-fuſcæ. In utroque capitis latere, ponè oculum, exigua extat faſcia longitudinalis fulva, versùs occipitium uſque protenſâ. Genæ, guttur, pars colli inferior & pectus ſunt dilutè griſeæ; pennæ autem pectus cooperientes ſcapis nonnihil obſcurioribus præditæ ſunt. Latera & crura veſtiunt pennæ griſeo-fuſcæ. Venter & tectrices alarum inferiores ex cinereo albent. Inferiores caudæ tectrices ex albo rufeſcunt, & maculis variegantur griſeo-fuſcis. Superiores alarum tectrices minimæ ſunt in medio nigricantes, marginibus rufeſcentibus : mediæ nigricantes, albo-rufeſcente terminatæ ; quo fit in utraque ala tænia tranſverſa concolor : majores nigricantes,

oris exterioribus & in apice rufescentibus præditæ. Remiges subtus cinereæ, superne griseo-fuscæ, oris exterioribus griseo-rufescentibus. Rectrices remigibus concolores; duarum autem intermediarum oræ interiores ex griseo quoque rufescunt. Cauda, ut in *mare*, bifurca. Rostrum, pedes, unguesque griseo-fusci. Seminibus & *Insectis* victitant. In murorum foraminibus nidificant. *Ex museo Realmuriano.*

leur : les plus grandes sont noirâtres, & bordées de roussâtre extérieurement & par le bout. Les plumes de l'aile sont cendrées en-dessous, & d'un gris-brun en-dessus, ayant leur bord extérieur d'un gris-roussâtre. Celles de la queue sont de la même couleur que celles des aîles; mais le bord intérieur des deux du milieu est aussi d'un gris-roussâtre. La queue est fourchue, comme celle du *mâle*. Le bec, les pieds & les ongles sont d'un gris-brun. Ils se nourrissent de graines, & d'*Insectes*. Ils font leur nid dans les trous des murs. *Du cabinet de M. de Reaumur.*

Hujus speciei varietates sunt

Les variétés de cette espece sont

** A. *LE MOINEAU BLANC.*

Passer candidus.

Passer albus. *Aldrov. Avi. Tom. II. pag.* 556; *in qua hujus icon pessima.*
Jonst. Avi. pag. 66. hujus icon ab Aldrovando mutuata Tab. 34.
Charlet. Exer. pag. 86. *N°.* 1.
Charlet. Onomazt. pag. 78. *N°.* 1.
Rzac. Hist. nat. Pol. pag. 291.
Barr. Ornith. Class. III. Gen. XXX. sp. 3.
Passer Albus Aldrovandi. *Willugh. Ornith. pag.* 182.
Passer niveus. *Schwenck. Avi. Sil. pag.* 322.
Mus. Worm. pag. 310.
Les Allemands l'appellent WEISSER SPERLING. *Schwenck.*

A præcedente discrepat colore in universo corpore candido; si rostrum, pedes-

Il différe du précédent en ce qu'il est blanc par tout le corps, excepté le bec & les pieds, qui

font jaunes. La prunelle de l'œil eſt noire; & l'iris eſt jaune. Il s'en trouve auſſi qui ſont en partie blanc & en partie variés des mêmes couleurs que le *Moineau ordinaire. Du cabinet de M. de Reaumur.*

que excipias, quæ partes ſunt flavæ. Oculorum præterea nigram pupillam lutea iris ambit. Reperiuntur quoque qui partim albent, partim *Paſſeris vulgaris* coloribus variegantur. *Ex muſeo Realmuriano.*

B. *Le Moineau jaune.*

Paſſer flavus.

Paſſer flavus. *Aldrov. Avi. Tom. II. pag.* 557, *in quâ hujus icon minimè accurata.*

Jonſt. Avi. pag. 66. hujus icon ab Aldrovando mutuata Tab. 34.

Charlet. Exer. pag. 86. *N°.* 1.

Charlet. Onomazt. pag. 78. *N°.* 1.

Paſſer flavus Aldrovandi: *Willugh. Ornith. pag.* 182.

Quant à la grandeur, la groſſeur & la forme, il reſſemble parfaitement au *Moineau ordinaire*; mais il en différe par ſa couleur; car il eſt tout jaune, excepté ſes yeux, qui ſont noirs. Dans tout le deſſus du corps, ſçavoir la tête, la partie ſupérieure du col, le dos, le croupion, les couvertures du deſſus de la queue, les plumes ſcapulaires, les aîles & la queue, le jaune tire ſur le marron. Mais la gorge, le deſſous du col, la poitrine, le ventre, les côtés & les couvertures du deſſous de la queue ſont tout-à-fait jaunes. Le bec eſt de la même couleur. Les jambes & les pieds ſont marrons; & les ongles ſont noirs & aſſez longs.

Magnitudine, craſſitie & toto corporis habitu *Paſſerem vulgarem* æmulatur; ab illo autem colore differt; eſt enim totus flavus, præter oculos, qui nigri ſunt. In parte corporis ſuperiore, capite ſcilicet, collo ſuperiore, dorſo, uropygio, tectricibus caudæ ſuperioribus, ſcapularibus pennis, alis & cauda ad caſtaneum color vergit. Guttur verò, collum inferius, pectus, venter, latera & tectrices caudæ inferiores lutei prorſus ſunt coloris. Roſtrum quoque flavum. Crura & pedes caſtanei; ungues verò longiuſculi, nigri.

** 2. LE MOINEAU DE MONTAGNE.

Passer superne nigro & rufo varius, infernè sordidè albus; (capite castaneo; gutture nigro; *mas*) collo superiore torque albo cincto; tæniâ duplici in alis transversâ albâ; rectricibus fuscis, oris exterioribus rufescentibus . . . . . PASSER MONTANUS.

Passer mento luteicente, dorso cinereo maculato. *Barr. Ornith. Class. III. Gen. XXX. sp.* 1.
Passer montanus. *Aldrov. Avi. Tom. II. pag.* 560, *in qua maris & fœminæ icones non satis accuratæ.*
Schwenck. Avi. Sil. pag. 322.
Jonst. Avi. pag. 67. *hujus duæ icones, una ab Aldrovando mutuata; altera ab Olina, Tab.* 34.
Charlet. Exer. pag. 86. *N°.* 3.
Charlet. Onomazt. pag. 78. *N°.* 3.
Raj. Syn. Avi. pag. 87. *N°.* 15.
Passer montanus Aldrovandi. *Rzac. Auct. Hist. nat. Pol. pag.* 406.
Passer montanus, in Stiria & Carinthia frequens. *Willugh. Ornith. pag.* 185. *hujus icon ab Olina mutuata Tab. XLV.*
Passer montanus, minimus. *Klein. Avi. pag.* 90. *N°.* 20.
Passarinus. *Gesn. Avi. pag.* 656.
Passera montanina. *Olina. pag.* 48, *in qua hujus icon satis accurata.*
Moineau de montagne. *Alb. Tom. III. pag.* 28; *avec une figure mal coloriée Pl.* 66.
Les Grecs l'appellent Στρουθὸς ἄγριος. *Schwenck.*
Les Catalans, PARDAL ROQUER. *Barr.*
Les Italiens, PASSERE MONTANINO. *Aldrov.* PASSERA MONTANINA; PASSERA MONTANARA. *Olina.* PASSARA MONTANINA; PASSARA VALINA. *Gesn.*
Les Allemands, BERG-SPERLING. *Rzac.* WALD-SPERLING. *Schwenck.* WEIDEN-SPERLING. *Schwenck. Rzac.*
Les Polonois, WROBEL GORNY. *Rzac.*
Les Anglois, MOUNTAIN SPARROW. *Willugh. Charlet. Alb.*
Le Peuple d'Angleterre, WHITE-CAP. *Charlet.*

Præcedenti nonnihil crassitie cedit. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam quinque pollices

Il n'est pas tout-à-fait si gros que le précédent. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de cinq

pouces six lignes, & jusqu'à celui des ongles de cinq pouces une ligne. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a six lignes de long; sa queue deux pouces; son pied sept lignes & demie; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, sept lignes: les latéraux sont un peu plus courts; & celui de derriere est un peu plus long que ces derniers. Il a huit pouces deux lignes de vol; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent environ jusqu'au tiers de la longueur de la queue. La tête est d'un beau marron. Les parties supérieures du col & du dos, & les plumes scapulaires sont variées de noir & de roux, chaque plume étant de cette derniere couleur du côté extérieur, & noire du côté intérieur. La partie inférieure du dos, le croupion & les couvertures du dessus de la queue sont d'un gris-brun tirant sur le roussâtre. La gorge est noire. Il y a aussi de chaque côté de la tête une tache de la même couleur, placée vers les oreilles; au-dessous de laquelle est une bande blanche, qui commence à l'origine du demi-bec inférieur, & descend vers le col, où elle en va joindre une autre transversale de la même couleur, qui en-

& sex lineas æquat, & ad extremos ungues quinque pollices cum lineâ unâ. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos sex lineas longum est; cauda duos pollices; pes septem cum semi lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue septem lineas: laterales paulò sunt breviores; posticus autem laterales nonnihil longitudine excedit. Ab extremo ad extremum alarum extensarum distantia est octo pollicum & duarum linearum; alæ verò complicatæ ad tertiam circiter longitudinis caudæ partem extenduntur. Caput eleganti castaneo tingitur. Partes colli superior & dorsi suprema, sicut & scapulares pennæ, sunt nigro & rufo variegatæ, unaquâque scilicet pennâ in latere exteriore rufâ, in interiore nigrâ. Dorsum infimum, uropygium, & superiores caudæ tectrices ex griseo-fusco ad rufescentem colorem inclinant. Guttur nigrum. Caput ad utrumque latus variegat macula concolor, versùs aures sita; infra quam tænia extat candida, ab exortu mandibulæ inferioris orta, versùs collum ducta, ibique connexa alteri tæniæ transversæ albæ:

collum

collum superius cingenti, & torquem quodammodo efficiente. Pars colli inferior, pectus, venter, latera, crura, tectrices caudæ inferiores & pennæ alas subtus copperientes sordidè albent. Superiores alarum tectrices minimæ rufæ: mediæ nigricantes, albo terminatæ: majores similiter nigricantes, oris exterioribus rufis & apicibus albis præditæ; quibus fit in utraque ala duplex tænia transversa concolor. Remiges nigricant, orisque donantur exterioribus rufescentibus. Caudam componunt duodecim rectrices fuscæ, æquali circiter longitudine præditæ: duarum intermediarum margines exteriores & interiores, & lateralium omnium oræ exteriores rufescunt. Oculorum irides ex cinereo ad avellaneum colorem vergunt. Rostrum, unguesque nigri; pedes verò flavicantes.

Fœmina à *mare* discrepat in eo quod caput non habeat castaneo colore imbutum, & maculis nigris circa aures & sub gutture careat. Habitant in locis montosis & silvigeris. *Ex museo Realmuriano.*

toure la partie supérieure du col, & forme une espece de collier. La partie inférieure du col, la poitrine, le ventre, les côtés, les jambes, les couvertures du dessous de la queue & celles du dessous des aîles sont d'un blanc sale. Les petites couvertures du dessus des aîles sont rousses: les moyennes sont noirâtres & terminées de blanc: les plus grandes sont pareillement noirâtres, mais bordées extérieurement de roux, & terminées de blanc; ce qui forme sur chaque aîle deux bandes transversales de cette couleur. Les plumes de l'aîle sont noirâtres, & bordées extérieurement de roussâtre. La queue est composée de douze plumes brunes, à peu près d'égale longueur: les bords extérieurs & intérieurs des deux du milieu & le bord extérieur de toutes les latérales sont roussâtres. L'iris des yeux est d'un cendré tirant sur la couleur de noisette. Le bec & les ongles sont noirs; & les pieds sont jaunâtres.

La *femelle* différe du *mâle* en ce que sa tête n'est point d'une couleur de marron, & qu'elle n'a point de taches noires vers les oreilles, ni sous la gorge. On les trouve dans les endroits montagneux & couverts de bois. *Du cabinet de M. de Reaumur.*

** 3. Le Moineau de campagne, ou le Friquet.

Passer superne nigro & rufescente varius, inferne cinereo-albus; (vertice spadiceo; gutture nigro; *mas.*) tæniâ duplici in alis transversâ albâ; rectricibus griseo fuscis, oris exterioribus rufescentibus . . . . . Passer campestris.

Passer sylvestris. *Aldrov. Avi. Tom. II. pag.* 561, *in quâ hujus icon minimè accurata.*
Jonst. Avi. pag. 67, *hujus icon ab Aldrovando mutuata Tab.* 34.
Charlet. Exer. pag. 86. *N°.* 5.
Charlet. Onomazt. pag. 78. *N°.* 5.
Frisch. hujus icon accurata Tab. 7.
Passer sylvestris Aldrovandi. *Willugh. Ornith. pag.* 186.
Raj. Syn. Avi. pag. 88. *N°.* 16.
Passer campestris. *Sibbald. Scot. illustr. Part. II. Lib. III. pag.* 18.
Rzac. Hist. nat. Pol. pag. 291.
Passer in Juglandis degens. *Jonst. Avi. pag.* 67.
Passer pusillus in Juglandibus degens. *Aldrov. Avi. Tom. II. pag.* 563.
Passer pusillus in Juglandibus degens Bellonii. *Willugh. Ornith. pag.* 183.
Raj. Syn. Avi. pag. 87. *N°.* 7.
Passer pusillus in Juglandis victum quærens. *Charlet. Exer. pag.* 86, *N°.* 8.
Charlet. Onomazt. pag. 78. *N°.* 8.
Passer arboreus, montanus ferus. *Klein. Avi. pag.* 88. *N°.* 2.
Friquet. *Bel. Hist. nat. des Ois. pag.* 363; *avec une mauvaise figure pag.* 364.
Moineau de Noyer; Friquet. *Bel. Portr. d'Ois. pag.* 93 *b*, *dans laquelle est la même figure.*
Moineau à tête rouge. *Alb. Tom. III. pag.* 28; *avec une figure mal coloriée Pl.* 65.
Les Allemands l'appellent Baum-Sperling. *Frisch.*
Les Polonois, Ir. *Rzac.*
Les Anglois, Red Headed Sparrow. *Alb.* Wallnut-Sparrow. *Charlet.*

Il est un peu moins gros que le *Moineau franc*. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de cinq pouces trois lignes, & jusqu'à

Passeri domestico nonnihil crassitie cedit. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam quinque pollices & tres lineas æquat, &

ad extremos ungues quatuor pollices & decem lineas. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos usque sex lineas longum est; cauda unum pollicem cum undecim lineis; pes octo lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue septem cum semi lineas : laterales paulò sunt breviores; posticus autem lateralium longitudinem nonnihil superat. Alis expansis, extremitates majorum remigum septem pollicum & sex linearum intervallo distant; alæ verò complicatæ mediam caudæ longitudinem non attingunt. Caput in vertice spadiceum. Partes colli superior & dorsi suprema, & scapulares pennæ nigro & rufescente variegantur, quâlibet scilicet pennâ in latere exteriore rufescente, in interiore nigrâ. Dorsi infima pars, uropygium, & superiores caudæ tectrices sunt griseæ. Guttur nigrum; quæ nigredo ad collum inferius nonnihil protenditur. In utroque capitis latere macula quoque extat rostrum inter & oculum nigra, lineæ concolori, supra oculum protensæ, coadunata. Circa aures altera adhuc adest macula nigra. Genæ sordidè al-

celui des ongles de quatre pouces dix lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a six lignes de long; sa queue un pouce onze lignes; son pied huit lignes; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, sept lignes & demie : les latéraux sont un peu plus courts; & celui de derriere est un peu plus long que ces derniers. Il a sept pouces six lignes de vol; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, ne s'étendent pas tout-à-fait jusqu'à la moitié de la longueur de la queue. Le sommet de la tête est d'un rouge-bai. Les parties supérieures du col & du dos, & les plumes scapulaires sont variées de noir & de roussâtre, de façon que chaque plume est de cette derniere couleur du côté extérieur & noire du côté intérieur. La partie inférieure du dos, le croupion & les couvertures du dessus de la queue sont d'un joli gris. La gorge est noire; cette couleur descend un peu sur la partie inférieure du col. Il y a aussi de chaque côté de la tête, entre le bec & l'œil, une tache noire, qui se réunit à une ligne de la même couleur, qui s'étend au-dessous de l'œil. Aux environs des oreilles est encore une autre tache noire. Les joues sont d'un blanc

sale; cette couleur s'étend en forme de bande vers le dessus du col. La poitrine, le ventre, les couvertures du dessous de la queue & celles du dessous des aîles sont d'un gris-blanc. Les côtés sont gris, ainsi que les jambes. Les petites couvertures du dessus des aîles sont d'un rouge-bai : les moyennes sont noirâtres, & terminées de blanc: les plus grandes sont brunes, bordées de roussâtre, & terminées obliquement de blanc; de sorte que ces couleurs forment sur chaque aîle trois bandes transversales, sçavoir une noirâtre & deux blanches, dont l'une est moins apparente que l'autre. Les plumes de l'aîle sont brunes; leur bord extérieur est roussâtre, & l'intérieur est de la même couleur, mais plus claire. La queue est composée de douze plumes d'un gris-brun; les bords extérieurs & intérieurs des deux du milieu, & le bord extérieur de toutes les latérales sont roussâtres. Le bec est noir. Les pieds & les ongles sont gris.

La *femelle* différe du *mâle* en ce que le sommet de sa tête n'est point d'un rouge-bai, & qu'elle n'a point de noir sous la gorge, ni à la tête. Cette espece fait son nid dans les grands arbres. *Du cabinet de M. de Reaumur.*

bent; albedo autem tæniam efficit versùs collum superius protensam. Pectus, venter, tectrices caudæ inferiores & pennæ alas subtus cooperientes ex cinereo albent. Latera & crura grisea. Tectrices alarum superiores minimæ spadiceæ : mediæ nigricantes, apicibus albis præditæ : majores fuscæ, marginibus rufescentibus donatæ, & albo obliquè terminatæ; ita ut in utraque ala tres efformentur tæniæ transversæ, altera scilicet nigricans & albæ binæ, quarum una multò minùs conspicua. Alarum remiges fuscæ, oris exterioribus rufescentibus, interioribus concoloribus, sed dilutioribus. Caudam componunt duodecim rectrices griseo-fuscæ : duarum intermediarum margines exteriores & interiores &, lateralium omnium oræ exteriores sunt rufescentes. Rostrum nigrum. Pedes, unguesque grisei.

Fœmina à *mare* differt in eo quod capitis verticem non habeat spadiceo colore tinctum, & maculis nigris in capite & sub gutture destituatur. In arboribus maximis nidificat hæc species. *Ex museo Realmuri[illegible].*

** 4. LE MOINEAU A COLLIER.

Passer superne saturatè fusco & rufescente varius, infernè cinereo-albus; (vertice spadiceo; gutture nigro; *mas*) collo torque albido cincto; rectricibus griseo-fuscis, oris exterioribus rufescentibus. . . . . PASSER TORQUATUS.

Passer torquatus. *Schwenck. Avi. Sil. pag.* 323.
Charlet. Exer. pag. 86. *N°.* 6.
Charlet. Onomazt. pag. 78. *N°.* 6.
Passer torquatus, seu Passer campestris; Passer sylvaticus. *Rzac. Auct. Hist. nat. Pol. pag.* 405.
Passer sylvestris. *Rzac. Hist. nat. Pol. pag.* 291.
Passer Pyrenæus boeticus, torquatus. *Barr. Ornith. Class. III. Gen. XXX. sp.* 4.
Les Allemands l'appellent RINGEL-SPATZ. *Schwenck.* RINGEL-SPERLING; FELD-SPERLING; WALD-SPERLING. *Schwenck. Rzac.*
Les Polonois, WROBEL LESNY; WROBEL POLNY; MAZUREK. *Rzac.*

Præcedenti paululùm crassitie cedit. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam quatuor pollices & octo lineas explet, & ad extremos ungues quatuor pollices & tres lineas. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos quatuor cum semi lineas longum est; cauda unum pollicem & octo lineas; pes septem lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue sex cum semi lineas : laterales paulò sunt breviores; & posticus laterales nonnihil longitudine superat. Alis expansis, extremitates majorum remigum sex pollicum & trium linearum intervallo distant;

Il est un peu moins gros que le précédent. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de quatre pouces huit lignes, & jusqu'à celui des ongles de quatre pouces trois lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a quatre lignes & demie de long; sa queue un pouce huit lignes; son pied sept lignes; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, six lignes & demie : les latéraux sont un peu plus courts; & celui de derriere est un peu plus long que ces derniers. Il a six pouces trois lignes de vol; & ses ailes, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent jusqu'au tiers de la longueur de la queue.

Le sommet de la tête est d'un rouge-bai. Les parties supérieures du col & du dos, & les plumes scapulaires sont variées de brun foncé & de roussâtre, de façon que chaque plume est de cette derniere couleur du côté extérieur, & d'un brun foncé du côté intérieur. La partie inférieure du dos, le croupion & les couvertures du dessus de la queue sont d'un joli gris. La gorge est noire. Le col est entouré d'un collier blanchâtre. La partie inférieure du col, la poitrine, le ventre, les couvertures du dessous de la queue & celles du dessous des aîles sont d'un gris-blanc. Les côtés sont gris, ainsi que les jambes. Les petites couvertures du dessus des aîles sont de la même couleur que le dos : les grandes sont d'un brun foncé, & bordées de roussâtre. Les plumes des aîles sont brunes, & bordées extérieurement de roussâtre. La queue est composée de douze plumes d'un gris-brun; les bords extérieurs & intérieurs des deux du milieu, & le bord extérieur de toutes les latérales sont roussâtres. Le bec est noir. Les pieds & les ongles sont d'un gris-brun.

La *femelle* différe du *mâle* en ce que le sommet de sa tête n'est point d'un rouge-bai, & qu'elle

alæ verò complicatæ ad tertiam longitudinis caudæ partem extenduntur. Vertex capitis spadiceo colore tingitur. Pars colli superior, dorsum supremum & pennæ scapulares saturatè fusco & rufescente variegantur, quâlibet scilicet pennâ in latere exteriore rufescente, in interiore saturatè fuscâ. Dorsi pars infima, uropygium & tectrices caudæ superiores sunt griseæ. Guttur nigrum. Collum torque albido cinctum. Pars colli inferior, pectus, venter, inferiores caudæ tectrices & pennæ alas subtus vestientes ex cinereo albent. Latera & crura sunt grisea. Superiores alarum tectrices minores dorso concolores : majores saturatè fuscæ, marginibus rufescentibus præditæ. Remiges fuscæ, oris exterioribus rufescentibus. Caudam componunt duodecim rectrices griseo-fuscæ : duarum intermediarum margines exteriores & interiores, & lateralium omnium oræ exteriores rufescunt. Rostrum nigrum. Pedes, unguesque griseo-fusci.

Fœmina à *mare* discrepat in eo quod capitis verticem non habet spadiceo colore

imbutum, & nigro sub gutture careat. *Ex museo Reaumuriano.*

n'a point de noir sous la gorge. *Du cabinet de M. de Reaumur.*

5. LE MOINEAU FOU.

Passer superne griseo-rufescens, maculis ferrugineis varius; infernè flavescens; tænia duplici in alis transversâ albâ; rectricibus nigricantibus, oris exterioribus rufescentibus.... PASSER STULTUS.

Passer stultus Bononiensium. *Aldrov. Avi. Tom. II. pag.* 563.
Jonst. Avi. pag. 67, *hujus icon ab Olina mutuata Tab.* 34.
Raj. Syn. Avi. pag. 87. *N°.* 1.
Passer stultus Bononiensium Aldrovando. *Willugh. Ornith. pag.* 182. *hujus icon ab Olina mutuata Tab. XLV.*
Passer stultus Bononiensis. *Charlet. Exer. pag.* 87. *N°.* 10.
Charlet. Onomazt. pag. 79. *N°.* 10.
Passera mattugia. *Olina. pag.* 46, *in qua hujus icon accurata.*
Les Italiens l'appellent PASSERA MATTUGIA. *Olina.*
Les Boulonnois, PASSERE MATTO; PASSERE INGANNOLO. *Aldrov.*
Les Anglois, FOOLISH-SPARROW. *Willugh.*

Magnitudine & crassitie *Passerem domesticum* æmulatur. Caput, pars colli superior, dorsum & pennæ scapulares ex griseo rufescunt, & maculis variegantur ferrugineis, oblongis, deorsum tendentibus, & medium cujusque pennæ occupantibus: quæ maculæ per dorsum multò longiores sunt & crassiores. Uropygium & caudæ tectrices superiores sunt griseo-rufescentes & immaculatæ. Guttur, pars colli inferior, pectus, venter, latera, crura, tectrices caudæ inferiores & pennæ alas subtus

Il est de la même grandeur & de la même grosseur que le *Moineau franc*. La tête, le dessus du col, le dos & les plumes scapulaires sont d'un gris-roussâtre, varié de taches ferrugineuses, oblongues, qui tendent vers le bas, & occupent le milieu de chaque plume: ces taches sont beaucoup plus larges & plus longues sur le dos qu'ailleurs. Le croupion & les couvertures du dessus de la queue sont d'un gris-roussâtre & sans taches. La gorge, la partie inférieure du col, la poitrine, le ventre, les côtés, les jambes, les couvertures du dessous

de la queue & celles du dessous des aîles sont jaunâtres. Les petites couvertures du dessus des aîles sont d'un gris-roussâtre : les moyennes & les plus grandes sont noirâtres, bordées extérieurement de roussâtre, & terminées de blanc ; ce qui forme sur chaque aîle deux bandes transversales de cette couleur. Les plumes de l'aîle sont noirâtres, & ont leur bord extérieur roussâtre. La queue est composée de douze plumes de la même couleur que celles des aîles. Les yeux sont assez grands : leur iris est jaune. Le bec est roux. Les pieds & les ongles sont d'un jaune tirant sur le roux. On le trouve en *Italie* aux environs de *Bologne*.

tegentes flavescunt. Tectrices alarum superiores minimæ ex griseo rufescunt : mediæ & majores nigricant, & marginibus donantur exterioribus rufescentibus, apicibusque albis, quibus fit duplex in utraque ala tænia transversa alba. Remiges sunt nigricantes, oris exterioribus rufescentibus. Caudam componunt duodecim rectrices remigibus concolores. Oculi majusculi ; ipsorum irides luteæ. Rostrum rufum. Pedes, unguesque ex luteo rufescentes. Habitat in *Italia* circa *Bononiam*.

** 6. Le Moineau de bois

Voyez Pl. V. Fig. 1.

Passer superne sordidè griseus, maculis fuscis variegatus, infernè sordidè albo & griseo varius ; maculâ in collo inferiore luteâ ; tæniâ supra oculos sordidè albâ ; rectricibus lateralibus apice interiùs albâ maculâ notatis . . . . . Passer silvestris.

Passer torquatus. *Aldrov. Avi. Tom. II. pag.* 563.
Jonst. Avi. pag. 67.
Passer torquatus Bellonii. *Willugh. Ornith. pag.* 183.
Raj. Syn. Avi. pag. 87. *N°.* 6.
Passer bœticus, pectore deaurato. *Barr. Ornith. Class. III. Gen. XXV. sp.* 14.
Fringilla subcana, maculâ luteâ in pectore. *Frisch. hujus icon non satis accurata Tab.* 3. 4.

Fringilla

Fringilla subcana, maculâ luteâ in pectore, Frischii. *Klein. Avi. pag.* 96. *N°.* 3.

Oenanthe congener. *Aldrov. Avi. Tom. II. pag.* 764, *in qua hujus icon pessima.*

Oenanthe congener Aldrovandi. *Willugh. Ornith. pag.* 171. *N°.* 2.

Oenantho congener Aldrovandi. *Raj. Syn. Avi. pag.* 80. *N°.* 2.

Petronia marina Bononiensibus dicta. *Willugh. Ornith. pag.* 195. *Raj. Syn. Avi. pag.* 92. *N°.* 10.

Moineau à la soulcie, ou au collier jaune. *Bel. Hist. nat. des Oif. pag.* 362; *avec une mauvaise figure pag.* 363.

Moineau à la soulcie. *Bel. Portr. d'Oif. pag.* 93 *a, dans laquelle est la même figure.*

Les Catalans l'appellent Passereli dorat. *Barr.*

Les Italiens, Passara alpestra. *Bel.*

Les Boulonnois, Petronia marina. *Willugh. Raj.*

Les Allemands, Grau-fink. *Frisch.*

Passerem domesticum crassitie paululùm antecellit. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam quinque pollices & novem lineas æquat, & ad extremos ungues quinque pollices cum sex lineis. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos septem lineas longum; cauda unum pollicem & undecim lineas; pes octo cum semi lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue eâdem longitudine pollet: laterales paulò sunt breviores; posticus autem cum anticorum intimo longitudine convenit. Ab extremo ad extremum alarum extensarum distantia est decem pollicum & sex linearum; alæ verò complicatæ caudam extremam, excepto quatuor linearum intervallo,

Il est un peu plus gros que le *Moineau franc*. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de cinq pouces neuf lignes, & jusqu'à celui des ongles de cinq pouces six lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a sept lignes de long; sa queue un pouce onze lignes; son pied huit lignes & demie; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, a aussi huit lignes & demie : les latéraux sont un peu plus courts; & celui de derriere est de la même longueur que l'intérieur de ceux de devant. Il a dix pouces six lignes de vol; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent jusqu'à quatre lignes de distance du bout de la queue. La tête, la partie supérieure du col & le

dos sont d'un gris sale, varié de taches brunes. Le croupion & les couvertures du dessus de la queue sont du même gris sale & sans taches. La gorge, la partie inférieure du col, la poitrine, le ventre, les jambes & les côtés sont variés de blanc sale & de gris. Les couvertures du dessous de la queue & celles du dessous des aîles sont de la même couleur. Au milieu de la partie inférieure du col est une grande tache jaune. Il y a aussi de chaque côté de la tête une bande longitudinale d'un blanc sale: elles commencent toutes deux à l'origine du bec, passent par-dessus les yeux, & vont se réunir derriere la tête. Les plumes scapulaires & les couvertures du dessus des aîles sont de la même couleur que les plumes du dos; mais la plûpart sont terminées de blanc; ce qui produit sur l'aîle autant de petites taches blanches. Les plumes de l'aîle sont brunes, & ont leur bord extérieur gris; leur bout est noirâtre & bordé de gris. La queue est composée de douze plumes brunes, dont le bord extérieur est gris, excepté celui de la plus extérieure de chaque côté, qui est blanchâtre: leur bout est noirâtre, & toutes, excepté les deux du milieu, ont vers le bout & du côté

pertingunt. Caput, collum superius & dorsum sunt sordidè grisea, maculis fuscis variegata. Uropygium & tectrices caudæ superiores pariter sordidè griseæ, sed immaculatæ. Guttur, pars colli inferior, pectus, venter, crura & latera sordidè albo & griseo variegantur. Inferiores caudæ tectrices & pennæ alas subtus cooperientes concolores. Collum inferius in medio insignitur majusculâ maculâ luteâ. In utroque capitis latere tænia extat longitudinalis sordidè alba, ab exortu rostri orta, supra oculos ducta, & in parte capitis posteriore alteri coadunata. Scapulares pennæ & superiores alarum tectrices pennas dorsum tegentes colore æmulantur; pleræque autem albo terminantur; unde alarum superficies minutis maculis albis variegatur. Remiges sunt fuscæ, oris exterioribus griseis; apice insuper donantur nigricante, marginibus griseis prædito. Caudam componunt duodecim rectrices fuscæ, oris exterioribus griseis præditæ, exceptâ tamen utrinque extimæ margine exteriore albidâ: quælibet nigricante terminatur, om-

nesque, binis intermediis exceptis, versùs apicem in latere tantùm interiore majusculâ maculâ albâ notantur. Rostrum habet rostro *Passeris domestici* crassius & validius. Mandibula superior fusca, inferior griseo-alba, excepto apice fusco. Pedes griseo-albi; ungues verò fusci. Habitat in silvis. *Ex museo Reaumuriano.*

intérieur seulement une grande tache blanche. Le bec est plus épais & plus fort que celui du *Moineau franc.* Le demi-bec supérieur est brun, l'inférieur est gris-blanc, excepté son bout, qui est brun. Les pieds sont gris-blancs; & les ongles bruns. On le trouve dans les forêts. *Du cabinet de M. de Reaumur.*

7. LE MOINEAU DE BOLOGNE.

Passer superne albo, nigro & subflavo variegatus, infernè ex albo flavescens; capite albo, maculis subluteis vario; rectricibus superne subflavis, subtus ex albo flavescentibus.... PASSER BONONIENSIS.

Passer maculatus, sive tricolor. *Aldrov. Avi. Tom. II. pag.* 558, *in qua hujus icon minimè accurata.*

Passer maculatus, sive tricolor Aldrovandi. *Willugh. Ornith. pag.* 183. *Raj. Syn. Avi. pag.* 87. *N°.* 3.

Passer maculatus. *Jonst. Avi. pag. 66. hujus icon ab Aldrovando mutuata Tab.* 34.

Passer maculatus, flavâ caudâ, Aldrovandi. *Charlet. Exer. pag.* 86. *N°.* 2.

Charlet. Onomazt. pag. 78. *N°.* 2.

Passer montanus tricolor. *Rzac. Auct. Hist. nat. Pol. pag.* 406.

Les Allemands l'appellent MOSCHOWITER-SPERLING. *Rzac.*

Les Polonois, WROBEL TROISTEGO KOLORU. *Rzac.*

Les Anglois, SPECKLED SPARROW. *Charlet.*

Magnitudine & crassitie *Passerem domesticum* æmulatur. Caput totum ac collum superius alba sunt, intercurrentibus maculis subluteis. Dorsum, uropygium, pennæ

Il est de la grandeur & de la grosseur du *Moineau franc.* Toute la tête & la partie supérieure du col sont d'un blanc varié de petites taches jaunâtres. Le dos & le croupion sont va-

riés de blanc, de noir & de jaunâtre, le blanc & le noir étant les couleurs dominantes. Les plumes scapulaires, les couvertures du dessus des aîles & celles du dessus de la queue sont variées des mêmes couleurs. La gorge, la partie inférieure du col, la poitrine, le ventre, les côtés, les jambes, les couvertures du dessous de la queue & celles du dessous des aîles sont d'un blanc jaunâtre. Les plumes de l'aîle sont noires, & bordées extérieurement de blanc. La queue est composée de douze plumes jaunâtres en-dessus, & d'un blanc-jaunâtre en-dessous. La prunelle des yeux est noire : leur iris est d'un beau blanc. Le demi-bec supérieur est jaunâtre, & l'inférieur est tout-à-fait jaune. Les pieds & les ongles sont d'un blanc-jaunâtre. On le trouve en *Italie* aux environs de *Bologne*.

scapulares, alas superne cooperientes & caudæ superiores tectrices albo, nigro & subflavo variegantur, albo & nigro in iis dominantibus. Guttur, pars colli inferior, pectus, venter, latera, crura, tectrices caudæ inferiores & pennæ alas subtus tegentes ex albo flavescunt. Remiges sunt nigræ, oris exterioribus albis. Cauda duodecim constat rectricibus superne subflavis, subtus ex albo flavescentibus. Oculorum pupilla nigra : ipsorum irides candidæ. Mandibula superior flavescens, inferior verò penitùs flava. Pedes, unguesque ex albo flavescentes. Habitat in *Italia* circa *Bononiam*.

8. LE MOINEAU DE BOLOGNE A QUEUE BLANCHE.

Passer superne flavicans, maculis castaneis, lineolis candidis ornatis, variegatus, infernè ex albo lutescens; capite albo-lutescente; rectricibus cinereo-candicantibus . . . . . PASSER ALBICILLA BONONIENSIS.

Passer Albicilla. *Aldrov. Avi. Tom. II. pag.* 559, *in qua hujus icon minimè accurata.*
Jonst. Avi. pag. 66. *hujus icon ab Aldrovando mutuata Tab.* 34.
Charlet. Exer. pag. 86. *N°.* 4.
Charlet. Onomazt. pag. 78. *N°.* 4.
Passer Albicilla Aldrovandi. *Willugh. Ornith. pag.* 183.
Raj. Syn. Avi. pag. 87. *N°.* 4.

Magnitudine & crassitie præcedentem æquat, superatve. Caput, guttur, pars colli inferior, pectus, venter, latera, crura, tectrices caudæ inferiores & pennæ alas subtus tegentes ex albo lutescunt. Pars colli superior, dorsum & pennæ scapulares flavicant, quem colorem flavicantem percurrunt maculæ coloris castanei, satis amplæ, lineolis admodum exiguis candidissimis decoratæ. Uropygium & pennæ caudam superne cooperientes sunt flavicantes & immaculatæ. Tectrices alarum superiores in medio castaneæ, marginibus luteis. Remiges pariter castaneæ, oris exterioribus & interioribus luteis. Caudam componunt duodecim rectrices cinereo-candicantes. Oculi nigri. Rostrum candicans. Pedes, unguesque fusci. Habitat in *Italia* circa *Bononiam*.

Il est de la même grandeur & de la même grosseur que le précédent, ou peut-être même un peu plus gros. La tête, la gorge, la partie inférieure du col, la poitrine, le ventre, les côtés, les jambes, les couvertures du dessous de la queue & celles du dessous des aîles sont d'un blanc-jaunâtre. Le dessus du col, le dos & les plumes scapulaires sont d'un jaunâtre parsemé de taches d'une couleur de marron, assez grandes & variées de très-petites lignes blanches. Le croupion & les couvertures du dessus de la queue sont jaunâtres & sans taches. Les couvertures du dessus des aîles sont d'une couleur de marron dans leur milieu, & bordées de jaune. Les plumes de l'aîle sont aussi d'une couleur de marron, & bordées de jaune extérieurement & intérieurement. La queue est composée de douze plumes d'un cendré-blanchâtre. Les yeux sont noirs. Le bec est blanchâtre. Les pieds & les ongles sont bruns. On le trouve en *Italie* aux environs de *Bologne*.

9. LE PETIT MOINEAU DE BOLOGNE.

Passer flavescens; pectore & ventre magis albicantibus; remigibus, rectricibusque flavescentibus . . . . PASSERCULUS BONONIENSIS.

Passerculus Brachyuros nostras. *Aldrov. Avi. Tom. II. pag. 567, in qua hujus icon [illegible] accurata.*

Passer Brachyurus nostras. *Jonst. Avi. pag. 67. hujus icon ab Aldrovando mutuata Tab. 34, sub titulo*, Passerculus Brachyurus.
Charlet. Exer. pag. 86. N°. 9.
Charlet. Onomazt. pag. 79. N°. 9.
Passer Brachyuros nostras Aldrovandi. *Willugh. Ornith. pag.* 185.
Raj. Syn. Avi. pag. 87. N°. 12.
Passer flavescens. *Rzac. Hist. nat. Pol. pag. 291.*
Les Boulonnois l'appellent PASSERINO. *Aldrov. Willugh.*
Les Polonois, TRZNADEL. *Rzac.*

Il approche de la grosseur du *Moineau de Campagne* ou *Friquet*; mais il a la queue beaucoup plus courte. Il est par tout le corps jaunâtre & sans mêlange d'aucune autre couleur: cependant la poitrine & le ventre tirent un peu plus sur le blanc. Les plumes de l'aîle & celles de la queue sont jaunâtres. Le bec est d'un jaune plus vif. Les pieds & les ongles sont jaunâtres. On le trouve en *Italie* aux environs de *Bologne*.

Crassitie ad *Passerem campestrem* accedit; sed caudâ donatur multò breviori. Toto corpore unicolor est, nempe flavescens: pectus tamen & venter magìs albicant. Remiges, rectricesque flavescunt. Rostrum intensiùs luteum est. Pedes, unguesque flavescentes. Habitat in *Italia* circà *Bononiam*.

10. LE MOINEAU D'ESCLAVONIE.

Passer superne pallidè rufescens, infernè candicans; remigibus, rectricibusque pallidè rufescentibus . . . . PASSER SCLAVONICUS.

Passer Illyricus. *Aldrov. Avi. Tom. II. pag. 564, in qua hujus icon satis accurata.*
Jonst. Avi. pag. 67.
Passer Illyricus Aldrovandi. *Willugh. Ornith. pag.* 183.
Raj. Syn. Avi. pag. 87. N°. 5.
Les Véniciens l'appellent PASSERE SCHIAVO. *Aldrov.*

Il est plus grand & plus gros que le *Moineau franc*. Tout le dessus du corps, sçavoir la tête,

Magnitudine & crassitie *Passerem domesticum* antecellit. Totum corpus superius,

caput scilicet, pars colli superior, dorsum, uropygium, pennæ scapulares, quæ alas superne cooperiunt, & superiores caudæ tectrices, pallidè rufescit, nullo intercurrente alio colore. Per universum corpus inferius, guttur scilicet, partem colli inferiorem, pectus, ventrem, latera, crura, tectrices caudæ inferiores & pennas alas subtus obtegentes, planè candicat. Remiges pallidè rufescunt. Cauda duodecim constat rectricibus concoloribus, quarum intermediæ lateralibus longitudine cedunt; unde fit cauda bifurca. Rostrum candicat. Pedes ad carneum colorem inclinant; ungues verò sunt nigri. Habitat in *Sclavonia.*

la partie supérieure du col, le dos, le croupion, les plumes scapulaires, les couvertures du dessus des aîles & celles du dessus de la queue, est d'un roux clair, sans mêlange d'aucune autre couleur. Tout le dessous du corps, sçavoir la gorge, la partie inférieure du col, la poitrine, le ventre, les côtés, les jambes, les couvertures du dessous de la queue & celles du dessous des aîles, est tout-à-fait blanchâtre. Les plumes de l'aîle sont d'un roux clair. La queue est composée de douze plumes de la même couleur, dont celles du milieu sont un peu plus courtes que les latérales; ce qui rend la queue fourchue. Le bec est blanchâtre. Les pieds tirent sur la couleur de chair; & les ongles sont noirs. On le trouve en *Esclavonie.*

11. Le Moineau de Bengale.

Passer superne fuscus, marginibus pennarum rufescentibus; infernè rufescens, flavo admixto; vertice flavo-aurantio; tæniâ transversâ in pectore fuscâ; rectricibus fuscis, oris exterioribus rufescentibus . . . . Passer Bengalensis.

Passer Bengalensis. *Klein. Avi. pag.* 88. *N°.* 4.
Moineau de Bengale. *Alb. Tom. II. pag.* 35; *avec des figures mal coloriées du mâle & de la femelle Pl.* 52.
Les Anglois l'appellent Bengale-Sparrow. *Alb.*

Passerem domesticum paululùm crassitie superat. Ipsius

Il est un peu plus gros que le *Moineau franc.* Sa longueur

depuis le bout du bec juſqu'à celui de la queue eſt d'environ cinq pouces ſix lignes, & juſqu'à celui des ongles de cinq pouces cinq lignes. Son bec depuis ſa pointe juſqu'aux coins de la bouche a huit lignes de long; ſa queue un pouce neuf lignes; ſon pied neuf lignes & demie; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, ſept lignes & demie : les latéraux ſont un peu plus courts; & celui de derriere eſt à peu près de la même longueur que ces derniers. Ses aîles, lorſqu'elles ſont pliées, s'étendent juſqu'aux trois quarts de la longueur de la queue. Le ſommet de la tête eſt d'un beau jaune tirant ſur l'orangé. La partie ſupérieure du col, le dos, le croupion, les plumes ſcapulaires, les couvertures du deſſus des aîles & celles du deſſus de la queue ſont d'un brun bordé de rouſſâtre; c'eſt-à-dire, que chaque plume eſt brune dans ſon milieu, & bordée tout au tour de rouſſâtre. La gorge, la partie inférieure du col, la poitrine, le ventre, les côtés, les jambes & les couvertures du deſſous de la queue ſont d'un rouſſâtre mêlé d'une légere teinte de jaune. Il y a ſur la poitrine une large bande tranſverſale, formée par

longitudo ab apice roſtri ad caudam extremam quinque pollices & ſex circiter lineas æquat, & ad extremos ungues quinque pollices & totidem lineas. Roſtrum ab ipſius apice ad oris angulos octo lineas longum eſt; cauda unum pollicem cum novem lineis; pes novem cum ſemi lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue ſeptem cum ſemi lineas: laterales paulò ſunt breviores; poſticus autem cum lateralibus longitudine circiter convenit. Alæ complicatæ ad tres quartas longitudinis caudæ partes uſque protenduntur. Capitis vertex ex eleganti flavo ad aurantium inclinat. Pars colli ſuperior, dorſum, uropygium, pennæ ſcapulares, ſuperiores alarum tectrices, quæque caudam ſuperne cooperiunt, ſunt fuſcæ, marginibus rufeſcentibus præditæ, quâlibet ſcilicet pennâ in medio fuſcâ, & ad margines rufeſcente. Guttur, pars colli inferior, pectus, venter, latera, crura, inferioreſque caudæ tectrices rufeſcunt, & aliquid flavi admixtum habent. Pectus latâ inſignitur tæniâ tranſverſâ, quam efficiunt pennæ pennis dorſi concolores,

concolores. Alarum remiges, sicut & rectrices, sunt quoque fuscæ, oris exterioribus rufescentibus præditæ. Oculorum irides albidæ. Rostrum corneo colore imbutum. Pedes aurantii; ungues verò cinerei.

des plumes de la même couleur que celles du dos. Les plumes de l'aîle & celles de la queue sont pareillement brunes & bordées extérieurement de roussâtre. L'iris des yeux est blanchâtre. Le bec est d'une couleur de corne. Les pieds sont orangés; & les ongles cendrés.

Fœmina satis benè cum *mare* convenit; attamen coloribus imbuitur obscurioribus. Pectus ipsius tæniâ equidem insignitur transversâ fuscâ, sed minùs quàm in *mare* latâ.

La *femelle* ressemble assez au *mâle*, excepté que ses couleurs sont plus sombres. La bande transversale brune, qu'elle a sur la poitrine, n'est pas aussi large que celle du *mâle*.

Habitant in *Bengalensi* Regno.

On les trouve dans le Royaume de *Bengale*.

12. LE MOINEAU DU MEXIQUE.

Passer superne obscurè fuscus, maculis nigris varius, infernè dilutè fuscus, maculis obscurè fuscis variegatus; capite anteriùs, genis & gutture luteis; tæniâ ponè oculos longitudinali fuscâ; rectricibus nigricantibus . . . . PASSER MEXICANUS.

Emberiza flava Mexicana. *Klein. Avi. pag. 92. N°. 9.*
Linotte à tête jaune. *Edwards. Tom. I. pag. XLIV; avec une assez bonne figure Pl. 44.*

Crassitie *Montifringillam* circiter æquat. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam quinque pollices & octo circiter lineas explet, & ad extremos ungues quinque pollices cum lineis binis. Rostrum ab ip-

Il est à peu près de la grosseur du *Pinçon d'Ardennes*. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est d'environ cinq pouces huit lignes, & jusqu'à celui des ongles de cinq pouces deux lignes. Son bec depuis sa pointe jus-

qu'aux coins de la bouche a six lignes & demie de long; sa queue deux pouces deux lignes; son pied neuf lignes; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, sept lignes & demie: les latéraux sont un peu plus courts; & celui de derriere est un peu plus long que ces derniers. Ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent environ jusqu'à la moitié de la longueur de la queue. Le devant de la tête, les joues & la gorge sont jaunes. De chaque côté de la tête est une bande longitudinale brune, qui prend son origine derriere les yeux, & s'étend, en s'élargissant, jusque sur le col. Le derriere de la tête est d'un brun terni. La partie supérieure du col, le dos, le croupion, les couvertures du dessus de la queue & les plumes scapulaires sont de la même couleur, mais variée de taches longitudinales noires, qui occupent le milieu de chaque plume. La partie inférieure du col, la poitrine, le ventre & les côtés sont d'un brun clair, varié de taches longitudinales d'un brun obscur. Les jambes & les couvertures du dessous de la queue sont d'un brun clair & sans taches. Les petites couvertures du dessus des aîles sont d'un brun terni : les grandes

sius apice ad oris angulos sex cum semi lineas longum est; cauda duos pollices & totidem lineas; pes novem lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue septem cum semi lineas: laterales paulò sunt breviores; posticus autem lateralium longitudinem nonnihil excedit. Alæ complicatæ mediam circiter caudæ longitudinem attingunt. Caput anteriùs, genas & guttur vestiunt pennæ luteæ. In utroque capitis latere tænia extat longitudinalis fusca, ponè oculos orta, quæque deinde fit latior & ad collum usque protenditur. Caput in parte posteriore obscurè fuscescit. Pars colli superior, dorsum, uropygium, superiores caudæ tectrices & scapulares pennæ sunt quoque obscurè fuscæ, sed maculis variegantur longitudinalibus nigris, uniuscujusque pennæ medium occupantibus. Pars colli inferior, pectus, venter & latera dilutè fuscescunt, maculisque variegantur longitudinalibus obscurè fuscis. Crura, tectricesque caudæ inferiores sunt dilutè fuscæ & immaculatæ. Superiores alarum tectrices minores ob-

scurè fuscæ: majores nigræ, marginibus exterioribus & in apice obscurè fuscis prædità. Remiges majores nigricantes: minores concolores, oris tamen obscurè fuscis. Duodecim rectricibus nigricantibus cauda constat. Oculorum irides avellaneæ. Rostrum pallidè carneo colore imbutum. Pedes fusci aut obscurè corneo colore tincti; ungues verò nigricantes. Habitat in *Mexico*.

sont noires & bordées extérieurement & par le bout de brun terni. Les grandes plumes des aîles sont noirâtres : les moyennes sont de la même couleur, & bordées de brun terni. La queue est composée de douze plumes noirâtres. L'iris des yeux est d'une couleur de noisette. Le bec est d'une couleur de chair pâle. Les pieds sont bruns ou d'une couleur de chair ternie; & les ongles sont noirâtres. On le trouve au *Mexique*.

13. LE MOINEAU DE LA JAMAIQUE.

Passer superne obscurè fusco, albicante & xerampelino varius, infernè albus; collo inferiore & pectore dilutè fuscis, ad luteum vergentibus; tæniâ supra oculos luteâ; remigibus, rectricibusque fuscis, apicibus remigum luteis . . . .

PASSER JAMAICENSIS.

Passer pratorum. *Klein. Avi. pag.* 89. *N°.* 11.
Alauda pratorum minor, rostro breviore. *Sloane. Voy. of Jamaic. pag.* 306. *N°. XXXV. hujus icon minùs accurata Tab.* 259. *Fig.* 5.
The Savanna-Bird. *Raj. Syn. Avi. pag.* 188. *N°.* 49.
Les Anglois de la Jamaïque l'appellent SAVANNA-BIRD. *Sloane. Raj.*

Passerem campestrem crassitie circiter æquat. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam quatuor pollices explet; & ad extremos ungues quatuor pollices cum novem lineis. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos usque novem lineas

Il est à peu près de la grosseur du *Moineau de campagne* ou *Friquet*. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de quatre pouces, & jusqu'à celui des ongles de quatre pouces neuf lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a

neuf lignes de long; sa queue environ quinze lignes; son pied douze lignes; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, neuf lignes: les latéraux sont un peu plus courts; & celui de derriere est à peu près de la même longueur que ces derniers. Il a sept pouces de vol; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent environ jusqu'au tiers de la longueur de la queue. Le sommet de la tête, la partie supérieure du col, le dos & le croupion sont variés de brun terni, de blanchâtre & de couleur de *Feuille-morte.* Les plumes scapulaires, les couvertures du dessus des aîles & celles du dessus de la queue sont variées des mêmes couleurs. De chaque côté de la tête est une bande jaune, qui s'étend au-dessus des yeux. La gorge, la partie inférieure du col & la poitrine sont d'un brun clair, tirant sur le jaune. Le ventre est blanc, ainsi que les côtés, les jambes & les couvertures du dessous de la queue. Les plumes de l'aîle sont brunes & terminées de jaune. La queue est composée de douze plumes tout-à-fait brunes. Le yeux sont noirs. Le bec est d'un brun sombre. Les pieds sont blanchâtres, & ar-

longum est; cauda quindecim circiter lineas; pes unum pollicem; & trium digitorum anticorum medius cum ungue novem lineas: laterales paulò sunt breviores; & posticus lateralium longitudinem circiter adæquat. Ab extremo ad extremum alarum extensarum distantia est septem pollicum; alæ verò complicatæ ad tertiam circiter longitudinis caudæ partem extenduntur. Summum caput, pars colli superior, dorsum, uropygium, scapulares pennæ, quæ alas superne obtegunt, & tectrices caudæ superiores ex obscurè fusco, albicante & xerampelino colore variegantur. In utroque capitis latere tænia est supra oculos lutea. Guttur, collum inferius & pectus sunt dilutè fusca, ad luteum vergentia. Venter, latera, crura & tectrices caudæ inferiores albent. Remiges sunt fuscæ, apicibusque donantur luteis. Cauda duodecim constat rectricibus penitùs fuscis. Oculi nigri. Rostrum obscurè fuscum. Pedes, unguesque albicantes: ungues autem longi sunt. In campestribus humi sedet & currit *Alauda-*

rum more. Habitat in *Jamaica.*

més d'ongles assez longs & de la même couleur. Il se tient par terre dans les champs, & court à la façon des *Alouettes.* On le trouve à *la Jamaïque.*

14. LE MOINEAU DE VIRGINIE.

Passer in toto corpore fuscus, superne saturatiùs, infernè dilutiùs; remigibus, rectricibusque fuscis . . . . PASSER VIRGINIANUS.

Passerculus simpliciter. *Klein. Avi. pag.* 89. *N°.* 10.
Petit Moineau. *Catesb. Tom. I. pag.* 35; *avec une figure exacte Pl.* 35.
Les Anglois l'appellent LITTLE-SPARROW. *Catesb.*

Passeri campestri nostrati crassitie cedit. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam quatuor pollices & novem circiter lineas æquat, & ad extremos ungues quatuor pollices cum totidem lineis. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos quatuor cum semi lineas longum est; cauda duos pollices; pes septem cum semi lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue octo cum semi lineas: laterales paulò sunt breviores; posticus autem anticorum extimi longitudinem æquat. Alæ complicatæ ad tertiam longitudinis caudæ partem extenduntur. Per universum corpus pennis vestitur fuscis; fuscus autem

Il est à peu près de la grosseur d'une *Linotte*. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de quatre pouces onze lignes, & jusqu'à celui des ongles de quatre pouces six lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a six lignes de long; sa queue un pouce neuf lignes; son pied six lignes & demie; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, sept lignes: les latéraux sont beaucoup plus courts; & celui de derriere est de la même longueur que ces derniers. Il a huit pouces quatre lignes de vol; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent jusqu'aux trois quarts de la longueur de la queue. Les parties supérieures de la tête & du col sont d'un brun tirant sur l'olive. Le dos, le croupion, les plumes scapulaires & les couvertures du dessus des aîles, excepté les grandes les plus éloignées

du corps, ſont de la même couleur, mais à laquelle eſt mêlée une légere teinte de roux. Les couvertures du deſſus de la queue, les plumes qui entourent la bâſe du bec, les joues, la gorge, & la partie inférieure du col ſont d'un verd-d'olive. La poitrine, le ventre, les côtés, & les jambes ſont d'un roux mêlé d'un peu de jaune, ſur-tout au milieu du ventre. Les couvertures du deſſous de la queue & celles du deſſous des aîles ſont d'un beau jaune. Les grandes couvertures du deſſus des aîles les plus éloignées du corps ſont noires. Les plumes de l'aîle ſont jaunes depuis leur origine juſque vers la moitié de leur longueur; l'autre moitié eſt noire, & leur bout eſt blanchâtre, ainſi que le bord extérieur des moyennes. La queue eſt compoſée de douze plumes jaunes à leur origine, & terminées de noir : le jaune s'étend d'autant plus loin que la plume eſt plus extérieure. Les deux du milieu ſont plus courtes que les latérales; ce qui rend la queue un peu fourchue. Le bec, les pieds & les ongles ſont jaunâtres.

La *femelle* diffère du *mâle* en ce que ſes couleurs ſont moins vives. On les trouve à *la Chine*.

alarumque tectrices ſuperiores, exceptis tamen majoribus à corpore remotioribus, fuſco-olivaceo quoque tinguntur, ſed aliquid inſuper rufi admixtum habent. Tectrices caudæ ſuperiores, pennæ baſim roſtri ambientes, genæ, guttur & pars colli inferior ſunt viridi-olivaceæ. Pectus, ventrem, latera & crura veſtiunt pennæ rufæ, cum pauco flavo mixtæ, præſertim in medio ventre. Inferiores caudæ tectrices & pennæ alas ſubtus obtegentes eleganter luteæ. Alarum tectrices ſuperiores majores à corpore remotiores nigræ. Remiges ab ipſarum exortu ad mediam circiter longitudinem uſque luteæ, in altera medietate nigræ, apicibus albidis : minorum quoque remigum oræ exteriores albidæ. Caudam componunt duodecim rectrices in exortu luteæ, nigro terminatæ : color autem luteus eò majus ſpatium occupat, quò rectrix fit exterior. Binæ intermediæ lateralibus longitudine cedunt; unde fit cauda nonnihil bifurca. Roſtrum, pedes, unguesque flavicant.

Fœmina à *mare* differt coloribus non ita ſplendidis. Habitant in *Sinenſi* regione,

unde in *museum Realmurianum* missa à *D. Poivre*.

d'où ils ont été envoyés à *M. de Reaumur* par *M. Poivre*.

48. LE PINÇON DE L'ISLE DE S. EUSTACHE.

Passer superne flavus, infernè aurantius; maculâ infra oculos cœruleâ; alis, caudâque rubris . . . . FRINGILLA INSULÆ S. EUSTACHII.

Passer Africanus eximius. *Seb. Vol. II. pag. 67. hujus icon non satis accurata Tab. LXV. fig. 6.*
Klein. Avi. pag. 90. N°. 15.

Crassitie *Fringillam nostratem* circiter æquat. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam quinque pollices & sex circiter lineas explet, & ad extremos ungues quinque pollices cum lineis binis. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos sex lineas longum est; cauda unum pollicem & novem lineas; pes sex cum semi lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue septem lineas: laterales paulò sunt breviores, & posticus laterales longitudine circiter æmulatur. Alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudæ longitudinem extenduntur. Caput, guttur, collum, dorsum, uropygium, tectrices caudæ superiores & scapulares pennæ amœnâ flavedine tinguntur. In utroque tamen capitis latere, infra

Il est à peu près de la grosseur de *notre Pinçon*. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est d'environ cinq pouces six lignes, & jusqu'à celui des ongles de cinq pouces deux lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a six lignes de long; sa queue un pouce neuf lignes; son pied six lignes & demie; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, sept lignes: les latéraux sont un peu plus courts; & celui de derriere est à peu près de la longueur de ces derniers. Ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent un peu au-delà de la moitié de la longueur de la queue. La tête, la gorge, le col, le dos, le croupion, les couvertures du dessus de la queue & les plumes scapulaires sont d'un fort beau jaune. Il y a cependant de cha-

que côté de la tête une tache bleue, placée au-dessous des yeux. La poitrine, le ventre, les côtés, les jambes & les couvertures du dessous de la queue sont d'une couleur orangée. Les aîles sont d'un beau rouge. La queue est composée de plumes de la même couleur. Le bec & les pieds sont pareillement rouges. On le trouve dans l'*Isle de S. Eustache* dans l'*Amérique Septentrionale.*

oculos, macula extat cærulea. Pectus, venter, latera, crura & tectrices caudæ inferiores aurantio imbuuntur colore. Alæ suavè rubent. Caudam componunt rectrices remigibus concolores. Rostrum rubicundum. Pedes quoque rubri. Habitat in *America Septentrionali* in *S. Eustachii Insula.*

49. Le Pinçon varié de la Nouvelle Espagne.

Passer ex rubro, flavo, cœruleo & albo marmoris instar variegatus; capite dilutè rubro, purpureo admixto; pectore dilutè luteo, saturatâ flavedine obumbrato; rectricibus in apice margine albâ præditis.... Fringilla varia Novæ Hispaniæ.

Avis Tuite, Americana variegata. *Seb. Vol. I. pag. 175. hujus icon satis accurata Tab. CX. fig. 7.*

Il est à peu près de la grosseur du précédent. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est d'environ cinq pouces huit lignes, & jusqu'à celui des ongles de cinq pouces trois lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a six lignes & demie de long; sa queue deux pouces; son pied huit lignes; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, sept lignes & demie : les laté-

Præcedentem crassitie circiter æquat. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam quinque pollices & octo circiter lineas explet, & ad extremos ungues quinque pollices cum tribus lineis. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos sex cum semi lineas longum est; cauda duos pollices; pes octo lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue septem cum semi li-

neae : laterales paulò sunt breviores ; posticus autem [illegible] longitudine circiter æquat. Alæ complicatæ mediam caudam attingunt aut etiam ultrà protenduntur. Per universum corpus pennis vestitur ex rubro, flavo, cœruleo & albo, marmoris instar, variegatis. Caput tamen dilutè rubrum purpureo admiscetur. Pectus dilutè luteum saturatâ flavedine obumbratur. Remiges & rectrices iisdem ac dorsum coloribus ornantur : rectrices autem in apice margine albâ præditæ sunt. Rostrum flavet. Pedes, unguesque rubent. Habitat in *Nova Hispania*.

raux sont un peu plus courts ; & celui de derriere est à peu près de la même longueur que ces derniers. Ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent jusqu'à la moitié de la longueur de la queue, ou même au-delà. Tout son corps est couvert de plumes variées & comme marbrées de rouge, de jaune, de bleu & de blanc. La tête est cependant d'un rouge clair, mêlé de pourpre. La poitrine est d'un jaune clair, nué d'un jaune plus foncé. Les plumes de l'aîle & celles de la queue sont variées des mêmes couleurs que le dos : de plus celles de la queue sont bordées de blanc par le bout. Le bec est jaune. Les pieds & les ongles sont rouges. On le trouve à la *Nouvelle Espagne*.

** 50. LE SERIN.

Passer superne ex fusco & viridi-flavicante varius, infernè luteo virescens, lateribus maculis fuscis longitudinalibus variis ; tæniâ in alis viridi flavicante ; remigibus, rectricibusque superne fuscis, oris exterioribus griseo-viridibus, apicis margine albicante . . . . SERINUS.

Passer Pyrenaicus, totus virescens, minimus. *Barr. Ornith. Class. III. Gen. XXX. sp.* 10.

Serinus. *Gesn. Avi. pag.* 260, *in qua hujus icon minimè accurata.*

Gesn. Icon. Avi. pag. 45, *in qua eadem icon.*

[illegible]s Ornithologi. *Aldrov. Avi. Tom. II. pag.* 854, *in qua hujus icon minimè accurata.*

Serinus Gesneri. *Jonst. Avi. pag.* 71. *hujus icon à Gesnero mutuata Tab.* 36.

Willugh. Ornith. pag. 194. *hujus icon ab Aldrovando mutuat. Tab.* XLVI.
Raj. Syn. Avi. pag. 92. N°. 8.
Sibbald. Scot. illustr. Part. II. Lib. III. pag. 18.
Spinus & Ligurinus *Bellonii.*
Serin. *Bel. Hist. nat. des Oif. pag.* 354; *avec une mauvaise figure pag.* 355.
Serin, Senicle, Cerisin, Cinit, Cedrin. *Bel. Portr. d'Oif. pag.* 90 *a, dans laquelle est la même figure.*
Les Catalans l'appellent CANARI BURD; CANARI DE MONTANYA. *Barr.*
Les Italiens, SERIN. *Gesn. Aldrov.* SCARTZERINO. *Bel. Gesn. Aldrov.*
Les Allemands, FAEDEMLE. *Gesn. Aldrov.*
Les Allemands aux environs de Francfort, GIRLITZ; GRILL. *Gesn. Aldrov.*
Les Autrichiens aux environs de Vienne, HIRN-GRILL. *Gesn. Aldrov.* HIRN-GRYLL *ou* HAERN-GRIL. *Willugh.*
Les Suisses, SCHWEDERLE. *Gesn. Aldrov.*

Il est à peu près de la grosseur de la *petite Linotte.* Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de quatre pouces cinq lignes, & jusqu'à celui des ongles de trois pouces dix lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a quatre lignes de long; sa queue un pouce onze lignes; son pied sept lignes; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, six lignes & demie : les latéraux sont beaucoup plus courts; & celui de derriere est un peu plus long que ces derniers. Il a sept pouces huit lignes de vol; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent presque jusqu'aux deux tiers de la longueur de la queue. La partie supérieure de la tête est d'un jaune-verd, va-

Linariam minimam crassitie circiter æquat. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam quatuor pollices & quinque lineas explet, & ad extremos ungues tres pollices cum decem lineis. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos quatuor lineas longum est; cauda unum pollicem & undecim lineas; pes septem lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue sex cum semi lineas : laterales multò sunt breviores; posticus autem lateralium longitudinem nonnihil superat. Ab extremo ad extremum alarum extensarum distantia est septem pollicum & octo linearum; alæ verò complicatæ duas ferè tertias

longitudinis caudæ partes attingunt. Superior capitis pars ex flavo virideſcit, maculiſque variegatur longitudinalibus fuſcis, medium cujuſlibet pennæ occupantibus. Capitis poſterior pars ſive occipitium paulò magis ad flavum inclinat. Collum ſuperius & dorſum ex fuſco & viridi-flavicante varia, unaquâque ſcilicet pennâ in medio fuſcâ, marginibus viridi-flavicantibus præditâ. Pennæ ſcapulares concolores. Uropygium, ſuperiores caudæ tectrices, guttur, collum inferius, pectus & venter ſupremus ex luteo vireſcunt. Latera ſunt pallidè lutea, fuſcis variegata maculis, medium cujuſlibet pennæ occupantibus, & ſecundùm ſcapi longitudinem ductis. Venter imus, crura, inferiores caudæ tectrices & pennæ alas ſubtus cooperientes albent, ſed aliquid lutei admixtum habent. Superiores alarum tectrices minimæ ſunt viridi-flavicantes: mediæ fuſcæ, apicibus viridi-flavicantibus præditæ; quibus fit in utraque ala tænia tranſverſa concolor: majores autem fuſcæ, marginibus donatæ griſeis. Remiges ſubtus cinereæ, ſuperne verò fuſcæ,

rié de taches longitudinales brunes, qui occupent le milieu de chaque plume. Le derriere de la tête ou l'occiput eſt un peu plus jaune. La partie ſupérieure du col & le dos ſont variés de brun & de verd-jaunâtre, le brun occupant le milieu de chaque plume, & le verd-jaunâtre en occupant les bords. Les plumes ſcapulaires ſont de la même couleur. Le croupion, les couvertures du deſſus de la queue, la gorge, la partie inférieure du col, la poitrine & le haut du ventre ſont d'un jaune tirant ſur le verd. Les côtés ſont d'un jaune pâle, varié de taches brunes, qui occupent le milieu de chaque plume, & s'étendent tout le long de ſa tige. Le bas-ventre, les jambes, les couvertures du deſſous de la queue & celles du deſſous des aîles ſont d'un blanc auquel eſt mêlée une légere teinte de jaune. Les petites couvertures du deſſus des aîles ſont d'un verd-jaunâtre : les moyennes ſont brunes & terminées de verd-jaunâtre ; ce qui forme ſur chaque aîle une bande tranſverſale de cette couleur : & les plus grandes ſont brunes & bordées de gris. Les plumes de l'aîle ſont cendrées en-deſſous, & en-deſſus elles ſont brunes, ont leur bord extérieur d'un gris tirant ſur le verd, & ſont ter-

minées par une petite bordure blanchâtre. La queue est composée de douze plumes de la même couleur que celles des aîles. Celles du milieu sont un peu plus courtes que les latérales; ce qui rend la queue fourchue. Le demi-bec supérieur est d'un gris-brun, & l'inférieur blanchâtre. Les pieds sont bruns & les ongles noirâtres. On le trouve dans les Provinces Méridionales de *France*. *M. l'Abbé Barthelemy* en a envoyé à *M. de Reaumur* des environs de *Marseille*, où il est assez commun.

oris exterioribus grisco-viridibus præditæ, apici[illegible] margine albidâ. Caudam componunt duodecim rectrices remigibus concolores, quarum intermediæ lateralibus paululùm longitudine cedunt; unde fit cauda bifurca. Mandibula superior griseo-fusca, inferior albida. Pedes fusci; ungues verò nigricantes. Habitat in Meridionalibus *Galliæ* Provinciis. Satis frequens circa *Massiliam*, unde in *museum Realmurianum* missus à *D. Abbate Barthelemy*.

51. Le Serin d'Italie.

Passer superne ex fusco & viridi-flavicante varius, infernè luteo-virescens; remigibus, rectricibusque nigricantibus, oris exterioribus viridescentibus . . . . Serinus Italicus.

Passer ex viridi flavescens, capite parvo. *Barr. Ornith. Class. III. Gen. XXX. sp.* 12.

Passer ex spadiceo cinereus, capite parvo. *Barr. Ornith. Class. III. Gen. XXX. sp.* 13. (*An hujus fæmina*)?

Citrinella. *Gesn. Avi. pag.* 260, *in qua hujus icon non satis accurata.*
Jonst. Avi. pag. 71. *hujus icon à Gesnero mutuata Tab.* 36; *alia icon ab Aldrovando mutuata Tab.* 38; *& insuper altera icon ab Olina mutuata Tab.* 37, *sub titulo*, Ligurinus; Spinus.
Charlet. Exer. pag. 88. *N°. VII.*
Charlet. Onomazt. pag. 80. *N°. VII.*
Sibbald. Scot. illustr. Part. II. Lib. III. pag. 18.

Citrinella, Chloridis Veterum species. *Gesn. icon. Avi. pag.* 44, *in qua hujus icon non satis accurata.*

Citrinella Ornithologi, sive Thraupis Bellonii. *Aldrov. Avi. Tom. II. pag.* 853, *in qua hujus icon minimè accurata.*

Citrinella; Thraupis. *Willugh. Ornith. pag.* 193. *hujus icon ab Olina mutuata Tab. XLVI.*

Citrinella, ſeu Thraupis. *Raj. Syn. Avi. pag.* 92. *N°.* 7.
Verzellino. *Olina. pag.* 15, *in qua hujus icon ſatis accurata.*
[illegible] *Hiſt. nat. des Oiſ. pag.* 355; *avec une mauvaiſe figure pag.* 356.
Tarin; Tirin. *Bel. Portr. d'Oiſ. pag.* 90 *b, dans laquelle eſt la même figure.*
Les Grecs l'appellent Τραυπὶς. *Bel.*
Les Grecs modernes, Σπιυδυα. *Bel.*
Les Turcs, SARÉ. *Geſn. Aldrov.*
Les Catalans, GAFFARRU. *Barr.*
Les Italiens, LUQUARINERA; BEAGANA; RAVERIN. *Bel.*
Les Romains, VERZELLINO. *Olina. Willugh. Raj.*
Les Boulonnois, VIDARINO. *Aldrov.*
Les Trentins, CITRINELLA. *Bel. Geſn. Aldrov.*
Les Napolitains, LEQUILA. *Geſn. Aldrov.* LEQUILLA. *Bel.*
Les Génois, SERINO; SCARINO. *Aldrov.*
Les Allemands, CITRYNLE; ZITRYNLE. *Geſn.*
Les Anglois, YELLOW-HAMMER, *ou* YELLOW-AMBER. *Charlet.* YELLOW-YOULVING. *Sibbald.*
On l'appelle aux environs d'Avignon TIRIN. *Geſn. Aldrov.*
A Vienne, CITRIL. *Willugh. Raj.*

Præcedentem magnitudine & craſſitie ſuperat. Caput, collum ſuperius, dorſum & ſcapulares pennæ fuſco & viridi-flavicante variegantur, fuſco ſcilicet uniuſcujuſque pennæ medium occupante, marginibus viridi-flavicantibus. Guttur, partem colli inferiorem, pectus, ventrem ſupremum & latera veſtiunt pennæ luteo-virideſcentes. Uropygium & tectrices caudæ ſuperiores ex luteo quoque virideſcunt, ſed dilutiùs. (Pectus in *maribus* magis ad luteum accedit.) Venter imus, crura & tectrices caudæ inferiores nonnihil albicant. Superiores

Il eſt plus grand & plus gros que le précédent. La tête, le deſſus du col & le dos, ainſi que les plumes ſcapulaires, ſont variés de brun & de verd-jaunâtre, le brun occupant le milieu de chaque plume, & le verd-jaunâtre en occupant les bords. La gorge, la partie inférieure du col, la poitrine, le haut du ventre & les côtés ſont d'un jaune-verdâtre. Le croupion & les couvertures du deſſus de la queue ſont de la même couleur, mais plus claire. (Dans les *mâles* la poitrine tire un peu plus ſur le jaune). Le bas-ventre, les jambes & les couvertures du deſſous de la queue approchent un peu plus du

blanchâtre. Les petites couvertures du dessus des aîles sont vertes : les grandes sont noirâtres & bordées de verd. Les plumes de l'aîle sont pareillement noirâtres, & ont leur bord extérieur verdâtre. La queue est composée de douze plumes de la même couleur que celles des aîles. Elle a environ deux pouces deux lignes de long : cependant les plumes du milieu sont un peu plus courtes que les latérales ; ce qui rend la queue fourchue. Le bec est brun. Les pieds sont d'une couleur de chair pâle ; & les ongles noirâtres. Il est commun aux environs de *Rome*.

alarum tectrices minores sunt virides : majores nigricantes, [illegible] marginibus [illegible] præditæ. Remiges nigricantes, oris exterioribus virescentibus. Caudam componunt duodecim rectrices remigibus concolores. Cauda autem duos pollices & totidem circiter lineas longa est : rectrices tamen intermediæ lateralibus nonnihil sunt breviores ; unde fit cauda bifurca. Rostrum fuscum. Pedes pallidè carnei ; ungues verò nigricantes. Circa *Romam* frequens est.

** 52. LE SERIN DES CANARIES.

Passer in toto corpore citrinus ; remigibus, rectricibusque lateralibus interiùs & subtus albis . . . SERINUS CANARIUS.

Passer Canarius. *Aldrov. Avi. Tom. II. pag.* 814. *maris icon minimè accurata pag.* 815.
Jonst. Avi. pag. 69. *hujus icon ab Olina mutuata Tab.* 34 ; *& insuper altera icon ab Aldrovando mutuata Tab.* 36, *sub titulo*, Canaria.
Charlet. Exer. pag. 87. *N°.* 12.
Charlet. Onomazt. pag. 79. *N°.* 12.
Klein. Avi. pag. 88. *N°.* 3.
Passer Canarius ex Gesnero, Olina & Aldrovando. *Willugh. Ornith. pag.* 192. *hujus icon ab Olina mutuata Tab. XLVI.*
Passer Canarius, vel Canarinus ; Avis sacchari Aldrovando & Gesnero. *Rzac. Hist. nat. Pol. pag.* 303.
Passer Canariensis. *Raj. Syn. Avi. pag.* 91. *N°.* 6.
Frisch. hujus plurium varietatum icones accuratæ Tab. 12.
Canaria. *Gesn. Avi. pag.* 240.
Linn. Systh. Nat. ed. 6. *Gen.* 80. *sp.* 6.

Fringilla roftro, corporeque albicante, rectricibus, remigibufque virefcentibus. *Faun. Suec. Linn. N°.* 207.

Fringilla corpore albicante, alis & caudâ virefcentibus. *Browne. Nat. Hift. of Jamaic. pag.* 468.

Luteola Canaria. *Schwenck. Avi. Sil. pag.* 298.

Paffera di Canaria. *Olina. pag.* 7, *in qua hujus icon fatis accurata.*

Serin. *Kolbe. Defcrip. du C. de B. Efp. Tom. III. pag.* 163.

Serin des Canaries. *Alb. Tom. I. pag.* 57; *avec une figure mal coloriée Pl.* 65.

Les Italiens l'appellent Passera di Canaria. *Olina.*

Les Allemands, Zucker-Voegele. *Gefn.* Zucker-Vogel; Canarien-Vogel; Canarien-Zeisle. *Schwenck.* Canarie-Vogel. *Frifch.*

Les Polonois, Kanarek. *Rzac.*

Les Suédois, Canarie-Fogel. *Linn.*

Les Anglois, Canary-Bird. *Willugh. Charlet. Alb. Browne.*

Pafferem campeftrem craffitie circiter æmulatur. Ipfius longitudo ab apice roftri ad caudam extremam quinque pollices & tres lineas explet, & ad extremos ungues quatuor pollices & octo lineas. Roftrum ab ipfius apice ad oris angulos quatuor cum femi lineas longum eft; cauda duos pollices cum totidem lineis; pes feptem lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue octo cum femi lineas: laterales multò funt breviores; & pofticus cum lateralibus longitudine convenit. Alis expanfis, extremitates majorum remigum feptem pollicum & decem linearum intervallo diftant; alæ verò complicatæ nonnihil ultra mediam caudæ lon-

Il eft à peu près de la groffeur du *Moineau de campagne* ou *Friquet.* Sa longueur depuis le bout du bec jufqu'à celui de la queue eft de cinq pouces trois lignes, & jufqu'à celui des ongles de quatre pouces huit lignes. Son bec depuis fa pointe jufqu'aux coins de la bouche a quatre lignes & demie de long; fa queue deux pouces deux lignes; fon pied fept lignes; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, huit lignes & demie: les latéraux font beaucoup plus courts; & celui de derriere eft de la même longueur que ces derniers. Il a fept pouces dix lignes de vol; & fes aîles, lorfqu'elles font pliées, s'étendent un peu au-delà de la moitié de la longueur de la queue. Tout fon corps eft couvert de plumes blanches à leur

origine & d'une belle couleur de citron vers le bout; de façon cependant qu'il n'y a que cette derniere couleur qui paroît, lorsque les plumes sont couchées les unes sur les autres. Les couvertures du dessus & du dessous des aîles sont de la même couleur; il faut cependant en excepter le côté intérieur des grandes du dessus les plus éloignées du corps, qui est tout-à-fait blanc. Les plumes des aîles sont en-dessus d'une belle couleur de citron du côté extérieur & blanches du côté intérieur, & en-dessous elles sont tout-à-fait blanches. La queue est composée de douze plumes: les deux du milieu sont en-dessus d'une couleur de citron: les latérales sont de la même couleur du côté extérieur & blanches du côté intérieur: de plus le dessous de ces douze plumes est blanc. Celles du milieu sont un peu plus courtes que les latérales; ce qui rend la queue fourchue. Le bec est blanc. Les pieds & les ongles sont d'un blanc tirant sur la couleur de chair.

La *femelle* différe du *mâle* par sa couleur, qui est d'un jaune plus pâle.

La couleur de ces Oiseaux varie beaucoup. Il y en a qui sont entiérement blancs: d'au-

gitudinem extenduntur. Per universum corpus [illegible]ve-[illegible] in exortu ca[illegible] versus apicem eleganter citrinis; ita tamen ut citrinus color, dum pennæ aliæ aliis incumbunt, solus sit conspicuus. Tectrices alarum superiores & inferiores idem tingit color, excepto tamen majorum rectricum superiorum à corpore remotiorum latere interiore penitùs candido. Alarum remiges sunt superne in latere exteriore eleganter citrinæ, in inferiore albæ, infernè verò penitùs albent. Cauda duodecim constat rectricibus, quarum binæ intermediæ superne citrino tinguntur colore: laterales in latere exteriore concolores, in interiore albæ: duodecim autem rectrices infernè penitùs albent. Intermediæ lateralibus paulùm longitudine cedunt; unde fit cauda bifurca. Rostrum candidum. Pedes, unguesque ex albo ad carneum colorem vergentes.

Fœmina à *mare* discrepat colore minùs intensè luteo.

Multùm colore variant hujus speciei Aves. Aliæ enim penitùs albent: aliæ ex

albo ad luteum inclinant : aliæ è luteo ad viride vergentes : aliæ fusco variegantur, &c.

tres sont d'un blanc tirant sur le jaune : d'autres d'un jaune tirant sur le verd : d'autres variés de brun, &c.

Habitant in *Canariis Insulis.* Facilè in *Gallia* educantur, in caveis inclusæ, in quibus nidificant & pullos edunt. *Ex museo Realmuriano.*

On les trouve aux *Isles Canaries.* On les éleve aisément en *France* dans des cages, dans lesquelles ils font leurs Petits. *Du cabinet de M. de Reaumur.*

Hujus speciei varietas est

Une variété de cette espece est

** A. *Le Serin Mulet.*

Serinus hybridus.

Passer Canariensis hybrida. *Frisch. hujus icon accurata Tab.* 12.
Les Allemands l'appellent Bastard-Canarie-Vogel. *Frisch.*

Ex connubio *Carduelis* & *Serini Canarii* nascuntur hujusmodi Aves. Multùm colore variant. Illa cujus hæc est descriptio ex *Carduele mare* & *Serino Canario fœminâ* provenit. Caput anterius, frons scilicet, genarum anterior pars & guttur, splendidissimo imbuitur aurantio, ad rubrum vergente; qui color in collo inferiore protenditur. Caput posterius griseum est. Pars colli superior, dorsum & scapulares pennæ sunt fusco-rufæ, maculis variegatæ longitudinalibus nigricantibus, in medio cujusque pennæ collocatis.

Ces Oiseaux sont le fruit de l'accouplement d'un *Chardonneret* & d'un *Serin de Canarie.* Ils varient beaucoup en couleur. Celui que je décris, provient d'un *Chardonneret mâle* & d'un *Serin de Canarie femelle.* Il a la partie antérieure de la tête, sçavoir le front, le devant des joues & la gorge, d'un orangé très-vif & tirant sur le rouge : cette couleur s'étend sur la partie inférieure du col. Le derriere de la tête est gris. La partie supérieure du col, le dos & les plumes scapulaires sont d'un brun-roux varié de taches longitudinales noirâtres, qui occupent le milieu de chaque plu-

me. Le croupion & les petites couvertures du deſſus de la queue ſont jaunes : les grandes ſont cendrées, & terminées de rouſſâtre. La poitrine & le haut du ventre ſont jaunes. Les côtés ſont rouſſâtres, & variés de taches longitudinales noirâtres. Le bas-ventre, les jambes & les couvertures du deſſous de la queue ſont d'un blanc-rouſſâtre. Les petites couvertures du deſſus des aîles ſont d'un verd-jaunâtre : les moyennes ſont noires, & terminées de verd-jaunâtre : & les plus grandes ſont noires, terminées & bordées extérieurement de jaune-verdâtre, & intérieurement de blanc. Les plumes de l'aîle ſont noires, & ont leur bord extérieur jaune : les moyennes ſont terminées de blanc-rouſſâtre. Celles de la queue ſont pareillement noires : les deux du milieu ſont bordées des deux côtés de blanc-rouſſâtre : le bord extérieur des latérales eſt verdâtre, & l'intérieur des trois plus extérieures de chaque côté eſt blanc. La plus extérieure eſt auſſi blanche à ſon bout, mais du côté intérieur ſeulement. Sa queue eſt un peu fourchue. Son bec & ſes pieds ſont blanchâtres ; & ſes ongles gris. Il eſt né chez *Madame de Cangé*, chez laquelle il a vécu cinq ou ſix ans, & qui en a fait

Uropygium & ſuperiores caudæ tectrices minores luteæ ; majores cinereæ, apicibus rufeſcentibus præditæ. Pectus & venter ſupremus luteo tinguntur colore. Latera rufeſcunt, & maculis longitudinalibus nigricantibus variegantur. Venter imus, crura, inferioreſque caudæ tectrices ex albo rufeſcunt. Alarum tectrices ſuperiores minimæ ſunt viridi-flavicantes : mediæ nigræ, viridi-flavicante terminatæ : majores tandem nigræ, marginibus donatæ exterioribus & in apice luteo-virideſcentibus, oriſque interioribus albis. Remiges nigræ, oris exterioribus luteis : minorum autem apices ex albo rufeſcunt. Rectrices ſimiliter nigræ : binæ intermediæ oris donantur in utroque latere albo-rufeſcentibus : lateralium autem oræ exteriores virideſcunt, & trium utrinque extimarum oræ interiores albent : utrinque inſuper extima in apice albet, ſed in latere interiore tantùm. Cauda nonnihil bifurca. Roſtrum, pedeſque albidi ; ungues verò griſei. Apud *D. de Cangé* nata eſt hæc Avis, ibique per quinque aut ſex annorum intervallum vixit, &

postea *D. de Reaumur* dono datae.

présent à *M. de Reaumur*.

53. LE SERIN DE LA JAMAIQUE.

Passer superne luteo-fuscus, infernè luteus; capite & gutture griseis; rectricibus obscurè fuscis, lineolis albis striatis.... SERINUS JAMAICENSIS.

Passer Serino affinis è cinereo, luteo & fusco varius. *Klein. Avi. pag.* 89. *N°.* 13.

Serino affinis Avis è cinereo, luteo & fusco varia. *Sloane. Voy. of Jamaic. pag.* 311. *N°. XLIX.*

Raj. Syn. Avi. pag. 188. *N°.* 50.

Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam octo pollices explet. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos novem lineas longum est; cauda unum pollicem; pes à calcaneo ad extremos ungues usque quindecim lineas. Alis expansis, extremitates majorum remigum duodecim pollicum intervallo distant. (Quoad mensuras istas erravit *D. Sloane*; proportio enim nullo modo servatur). Caput vestiunt pennæ griseæ. Pars colli superior, dorsum, uropygium, pennæ scapulares & superiores caudæ tectrices ex luteo fuscescunt. Guttur griseum est. Collum inferius, pectus, ventrem, latera & crura cooperiunt pennæ luteæ. Tectrices caudæ inferiores albent. Alæ, sicut & rectri-

Il a huit pouces de longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche est long de neuf lignes; sa queue d'un pouce; son pied depuis le talon jusqu'au bout des ongles de quinze lignes. Il a douze pouces de vol. (*M. Sloane* s'est trompé à l'égard de ces dimensions; car les proportions ne sont pas gardées). La tête est grise. La partie supérieure du col, le dos, le croupion, les plumes scapulaires & les couvertures du dessus de la queue sont d'un jaune rembruni. La gorge est grise. La partie inférieure du col, la poitrine, le ventre, les côtés & les jambes sont jaunes. Les couvertures du dessous de la queue sont blanches. Les aîles & la queue sont d'un brun obscur, rayé de petites lignes blanches,

Le demi-bec supérieur est d'un bleu rembruni, l'inférieur est d'une couleur plus claire. Les pieds sont bleuâtres; & les ongles bruns. On le trouve à *la Jamaïque*.

ces, sunt obscurè fuscæ, lineolis albis striatæ. Mandibula superior est cœruleo-fusca, inferior colore dilutiore tincta. Pedes subcœrulei; ungues verò fusci. Habitat in *Jamaica*.

** 54. Le Verdier.

Passer superne viridi-olivaceus, cinereo admixto, infernè viridi-olivaceo-flavicans; ventre & marginibus alarum luteis; maculâ rostrum inter & oculos saturatè cinereâ; rectricibus nigricantibus, apicis margine cinereâ, tribus extimis primâ medietate luteis. (*Mas*).

Passer superne griseus, pennis in exortu ad viridi-olivaceum inclinantibus, infernè dilutè griseus, pennis in exortu ad luteum vergentibus; ventre albo ad luteum inclinante; marginibus alarum luteis; rectricibus nigricantibus, apicis margine cinereâ, tribus extimis primâ medietate luteis. (*Fœmina*) . . . . Chloris.

Passer subviridis, alarum extremis nigricantibus. *Barr. Ornith. Class. III. Gen. XXX. sp. 6.*

Chloris. *Gesn. Avi. pag. 258. hujus icon non satis accurata pag. 259.*
Aldrov. Avi. Tom. II. pag. 850. hujus icon pessima pag. 851.
Sibbald. Scot. illustr. Part. II. Lib. III. pag. 18.
Linn. Systh. Nat. ed. 6. Gen. 81. sp. 2.
Moehr. Avi. Gen. 26.

Chloris Aristotelis. *Gesn. icon. Avi. pag. 45, in qua hujus icon non satis accurata.*

Chloris Aldrovandi. *Willugh. Ornith. pag. 179. hujus icon ab Olina mutuata Tab. XLIV.*
Raj. Syn. Avi. pag. 85. N°. A. 4.

Chloris, Fringilla viridis. *Charlet. Exer. pag. 88. N°. V.*
Charlet. Onomazt. pag. 80. N°. V.

Chloris seu Fringilla viridis. *Jonst. Avi. pag. 71. hujus icon à Gesnero mutuata Tab. 36; altera icon minimè accurata Tab. 37; & tertia icon ab Aldrovando mutuata Tab. 38, sub titulo,* Chloris sylvestris.

Fringilla remigibus primoribus anticè luteis; rectricibus tribus lateralibus basi luteis. *Faun. Suec. Linn. N°. 202.*

Fringilla viridis; Chloris Aldrovandi & Willughby. *Rzac. Auct. Hist. nat. Pol. pag.* 379.

Coccothraustes viridis. *Klein. Avi. pag.* 95. *N°.* 4.

Linaria viridis. *Schwenck. Avi. Sil. pag.* 295.

Linaria viridis Schwenckfeldii; Linaria flava aliorum. *Rzac. Auct. Hist. nat. Pol. pag.* 391.

Linaria Gesnero; Aliis Linaria flava. *Rzac. Hist. nat. Pol. pag.* 286.

Anthus. *Gesn. Avi. pag.* 165.

Jonst. Avi. pag. 88.

Anthus, Florus. *Charlet. Exer. pag.* 97. *N°. XI.*

Charlet. Onomazt. pag. 91. *N°. XI.*

Anthus, sive Florus. *Aldrov. Avi. Tom. II. pag.* 750.

Anthus, seu Florus Bellonii. *Willugh. Ornith. pag.* 180.

Anthos æqualis Fringillæ, lutescens Aldrovandi. *Willugh. Ornith. pag.* 171. *N°.* 8.

Raj. Syn. Avi. pag. 81. *N°.* 9.

Vireo. *Frisch. maris & fœminæ icones accuratæ Tab.* 2.

Verdone. *Olina. pag.* 26, *in qua hujus icon satis accurata.*

Verdier. *Alb. Tom. I. pag.* 51; *avec une figure mal coloriée Pl.* 58.

Bruant. *Bel. Hist. Nat. des Oiss. pag.* 366, *dans laquelle il y a une mauvaise figure.*

Bruyan, Bruant, Verdun, Verdier, Verdereule, Verdere. *Bel. Portr. d'Oiss. pag.* 94 *b, dans laquelle est la même figure.*

Les Grecs l'appellent Χλωρὶς. *Gesn. Aldrov. Schwenck.* Ἀνθος. *Bel. Willugh.*

Les Portugais, VERDELHAM. *Gesn. Aldrov.*

Les Catalans, VARDEROL; VERDUM. *Barr.*

Les Italiens, VERDONE. *Olina.* VERDON; VERDERRO; VERDMONTAN; ZARANTO; TARANTO; CARANTO. *Gesn. Aldrov.*

Les Trentins, FRINSON. *Gesn. Aldrov.*

Les Savoyards, VERDEYRE. *Gesn. Aldrov.*

Les Allemands, GREUN-FINCK. *Gesn. Aldrov. Jonst. Rzac.* GRUN-FINCK; GRUN-SCHWANTZ. *Frisch.* GREUNE-FINCKE; GREUNER-HENFFLING; GREUN-VOGEL; HIRSCH-VOGEL; HIRSCH-FINCK. *Schwenck.* KIRSCH-FINCK; GREUNER HENFLING; HANFFLING. *Rzac.* RAPP-FINCK; KUTT-VOGEL. *Gesn. Aldrov.* RAPP-VOGEL. *Gesn.*

Les Allemands aux environs de Francfort, TUTTER. *Gesn. Aldrov.*

Les Silésiens, WELSCHER-HENFFLING. *Schwenck.*

Les Prussiens, GREUNLING. *Gesn. Aldrov. Schwenck. Rzac.* GRUNLING. *Frisch.* SCHWOUTZKE. *Rzac.*

Les Illyriens, ZEGLOEKA. *Gesn. Aldrov.*

Les Polonois, DZWONIEC; KONOPKA. *Rzac.*

Les Suédois, SWENSKA *ou* SWAENSKA. *Linn.*

Les Anglois, GREEN-FINCH. *Willugh. Raj. Charlet. Sibbald. Alb.* NEIGHING-BIRD. *Charlet.*

Il est à peu près de la grosseur du *Moineau franc*. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de cinq pouces six lignes, & jusqu'à celui des ongles de cinq pouces trois lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a six lignes & demie de long; sa queue un pouce onze lignes; son pied sept lignes & demie; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, neuf lignes: les latéraux sont un peu plus courts: & celui de derriere est un peu plus long que ces derniers. Il a neuf pouces de vol; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent un peu au-delà de la moitié de la longueur de la queue. La tête, la partie supérieure & les côtés du col, le dos, les plumes scapulaires & les côtés sont d'un verd-d'olive mêlé d'un peu de cendré. De chaque côté de la tête est une tache d'un cendré foncé, placée entre le bec & l'œil. Le croupion, les couvertures du dessus de la queue, la gorge, la partie inférieure du col & la poitrine sont d'un verd-d'olive tirant sur le jaune. Le haut du ventre & les jambes sont jaunes. Le bas-ventre est d'un blanc mêlé d'une légere teinte de jaune. Les couvertures du des-

Crassitie *Passerem domesticum* circiter æmulatur. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam quinque pollices & sex lineas æquat, & ad extremos ungues quinque pollices & tres lineas. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos sex cum semi lineas longum est; cauda unum pollicem & undecim lineas; pes septem cum semi lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue novem lineas: laterales paulò sunt breviores; posticus autem lateralium longitudinem antecellit. Alis expansis, extremitates majorum remigum novem pollicum intervallo distant; alæ verò complicatæ paulò ultra mediam caudæ longitudinem extenduntur. Caput, collum in parte superiore & ad latera, dorsum & latera sunt viridi-olivacea, & aliquid cinerei admixtum habent. Pennæ scapulares concolores. In utroque capitis latere macula extat saturatè cinerea, rostrum inter & oculum posita. Uropygium, superiores caudæ tectrices, guttur, pars colli inferior & pectus ex viridi-olivaceo flavicant. Ventrem supremum & crura vestiunt

stiunt pennæ luteæ. Venter imus albus est, cum aliqua lutei mixtura. Inferiores caudæ tectrices luteo & cinereo mixtæ. Pennæ alas subtus cooperientes & alarum margines, versùs articulum carpo humano respondentem, luteæ. Superiores alarum tectrices minimæ, sicut & mediæ, viridi-olivaceæ, cum pauco cinereô mixtæ: majores concolores, apicibus tamen cinereis præditæ. Novem primores remiges sunt in latere exteriore luteæ, in interiore verò & apice nigricantes: reliquæ omnes in latere exteriore & apice cinereæ, in latere interiore nigricantes: omnium autem remigum oræ interiores candicant, & novem primores marginibus donantur in apice cinereis. Duodecim rectricibus cauda constat: quatuor intermediæ nigricant, orisque exterioribus viridi-olivaceis & margine circa apicem cinereâ præditæ sunt: utrinque sequens similiter nigricat; attamen in latere exteriore, ab exortu scilicet ad duas circiter tertias longitudinis partes usque, nonnihil ad luteum inclinat, & margine donatur in apice cinereâ: tres utrin-

sous de la queue sont mêlées de jaune & de cendré. Celles du dessous des aîles, ainsi que le bord de l'aîle, vers le pli qui répond à celui du poignet, sont jaunes. Les petites & les moyennes couvertures du dessus des aîles sont d'un verd-d'olive, mêlé d'un peu de cendré: les grandes sont de la même couleur, & terminées de cendré. Les neuf premieres plumes de l'aîle sont jaunes du côté extérieur & noirâtres du côté intérieur, & à leur bout: toutes les suivantes sont cendrées du côté extérieur & au bout, & noirâtres du côté intérieur: de plus le bord intérieur de toutes ces plumes est blanchâtre; & le bout des neuf premieres est bordé de cendré. La queue est composée de douze plumes: les quatre du milieu sont noirâtres, & bordées de verd-d'olive extérieurement & de cendré par le bout: celle qui les suit de chaque côté est pareillement noirâtre; cependant son côté extérieur tire un peu sur le jaune depuis son origine jusque vers les deux tiers de sa longueur, & son bout est bordé de cendré: les trois plus extérieures de chaque côté sont jaunes à leur origine, terminées de noirâtre, & bordées de cendré par le bout; de plus la tige est noire

dans la partie jaune de chacune de ces plumes. Celles du milieu de la queue sont plus courtes que les latérales ; ce qui rend la queue un peu fourchue. Le demi-bec supérieur est brun, & l'inférieur est blanchâtre. Les pieds sont d'une couleur de chair ; & les ongles bruns.

que extimæ sunt in exortu luteæ, apice nigricante; margine cinereâ [illegible]dito, donatæ; istarum autem rectricum scapi in parte lutea nigri sunt. Rectrices intermediæ lateralibus longitudine cedunt; unde fit cauda nonnihil bifurca. Mandibula superior fusca, inferior albida. Pedes carneo colore tincti; ungues verò fusci.

La *femelle* différe du *mâle* par ses couleurs. La tête, le dessus du col & le dos sont gris; cependant l'origine de chaque plume tire un peu sur le verd-d'olive; mais cette couleur ne paroît pas lorsqu'elles sont couchées les unes sur les autres. Les plumes scapulaires sont de la même couleur. Le croupion & les couvertures du dessus de la queue sont d'un verd-d'olive tirant sur le jaune. La gorge, la partie inférieure du col, la poitrine, les côtés & les jambes sont d'un gris clair, l'origine de chaque plume tirant sur le jaune. Le ventre & les couvertures du dessous de la queue sont d'un blanc mêlé d'une légere teinte de jaune. Celles du dessous des aîles, ainsi que le bord de l'aîle, vers le pli qui répond à celui du poignet, sont jaunes. Les petites & les moyennes couvertures du dessus des aîles

Fœmina à *mare* coloribus discrepat. Caput, collum superius & dorsum sunt grisea; quælibet tamen penna in exortu paululùm ad viridi-olivaceum inclinat; dum autem pennæ aliæ aliis incumbunt, solus apparet griseus color. Scapulares concolores. Uropygium & tectrices caudæ superiores ex viridi-olivaceo ad luteum vergunt. Guttur, collum inferius, pectus, latera & crura sunt dilutè grisea, pennis in exortu ad luteum vergentibus. Venter, inferioresque caudæ tectrices albent, & aliquid lutei admixtum habent. Pennæ alas subtus obtegentes, sicut & alarum margines, versùs articulum carpo humano respondentem, sunt luteæ. Superiores alarum tectrices minimæ, sicut & mediæ, ex viridi-olivaceo ad

flavum inclinant : majores corpori proximæ griseæ ; à corpore remotiores nigricantes, oris exterioribus viridi-olivaceis, & margine circa apicem cinereâ præditæ. Remiges novem primores nigricant; ipsarum oræ exteriores è luteo ad olivaceum inclinant, & apices margine donantur cinereâ : reliquæ omnes sunt in latere exteriore & apice griseæ, in latere interiore nigricantes: omnium autem remigum oræ interiores candicant. Caudam componunt duodecim rectrices rectricibus *maris* concolores. Rostrum griseo-fuscum. Pedes, unguesque grisei. In sepibus nidificat. *Ex museo Realmuriano.*

sont d'un verd-d'olive tirant sur le jaune : les grandes les plus proches du corps sont grises ; les plus éloignées du corps sont noirâtres, & bordées de verd-d'olive extérieurement & de cendré par le bout. Les neuf premieres plumes de l'aîle sont noirâtres ; leur bord extérieur est d'un jaune tirant sur l'olive, & leur bout est bordé de cendré : toutes les autres sont grises du côté extérieur & à leur bout, & noirâtres du côté intérieur : de plus le bord intérieur de toutes ces plumes est blanchâtre. La queue est composée de douze plumes de la même couleur que celles de la queue du *mâle*. Le bec est d'un gris-brun. Les pieds & les ongles sont gris. Il fait son nid dans les buissons. *Du cabinet de M. de Reaumur.*

55. LE VERDIER DES INDES.

Passer superne viridi-olivaceus, infernè luteus ; tæniâ utrinque supra oculos luteâ, per oculos viridi-olivaceâ, infra oculos nigrâ ; remigibus viridi-olivaceis, oris majorum exterioribus albis; rectricibus dilutè viridi-flavis . . . . CHLORIS INDICA.

Verdier des Indes. *Edwards. Tom. II. pag. LXXXIV; avec une figure exacte Pl.* 84.

Loriot ou Verdier. *Kolbe. Descrip. du C. de B. Esp. Tom. III. pag.* 164.

Serinum Canarium paulu-

Il est un peu plus gros que le

Serin de Canarie. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est d'environ quatre pouces six lignes, & jusqu'à celui des ongles de quatre pouces trois lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a quatre lignes & demie de long; sa queue un pouce sept lignes; son pied six lignes & demie; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, sept lignes: les latéraux sont un peu plus courts; & celui de derriere est un peu plus long que ces derniers. Ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent environ jusqu'à la moitié de la longueur de la queue. Les parties supérieures de la tête & du col, le dos, le croupion, les plumes scapulaires, les couvertures du dessus des aîles & celles du dessus de la queue sont d'un verd-d'olive. De chaque côté de la tête est une bande longitudinale jaune, qui part de la bâse du bec, & s'étend jusque vers l'occiput, en passant par-dessus l'oeil. Au-dessous de celle-là en est une d'un verd-d'olive, paralléle à la premiere, & qui passe par les yeux. Il y a aussi sur chaque joue une bande longitudinale noire, qui part des coins de la bouche, & est longue d'environ cinq lignes. La gorge, la partie infé-

lùm crassitie superat. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam quatuor pollices & sex circiter lineas explet, & ad extremos ungues quatuor pollices & tres lineas. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos quatuor cum semi lineas longum est; cauda unum pollicem cum septem lineis; pes sex cum semi lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue septem lineas: laterales paulò sunt breviores; & posticus laterales longitudine nonnihil antecellit. Alæ complicatæ mediam circiter caudæ longitudinem attingunt. Partes capitis & colli superiores, dorsum, uropygium, pennæ scapulares, superiores alarum tectrices, quæque caudam superne obtegunt, sunt viridi-olivaceæ. In utroque capitis latere tænia extat longitudinalis lutea, à basi rostri orta, supra oculum ducta, & versùs occipitium usque protensa. Infra quam altera adest tænia viridi-olivacea, primæ parallela, & per oculos ducta. Utraque gena tæniâ quoque insignitur longitudinali nigrâ, ab oris angulis ortâ, & quinque circiter lineas longâ. Guttur, partem colli

inferiorem, pectus, ventrem & crura vestiunt pennæ luteæ. Quæ caudam subtus cooperiunt, inferioresque alarum tectrices concolores. Latera ex luteo ad viride vergunt. Alarum remiges sunt viridi-olivaceæ, oris majorum exterioribus albis. Caudæ rectrices dilutè viridi-flavæ. Intermediæ lateralibus sunt breviores; unde fit cauda nonnihil bifurca. Oculorum irides avellaneæ. Mandibula superior fusco-nigricans, inferior fusco dilutiore tincta. Pedes, unguesque ex cinereo ad fuscum inclinantes. Habitat in *India Orientali.*

rieure du col, la poitrine, le ventre, les jambes, les couvertures du dessous de la queue & celles du dessous des aîles sont jaunes. Les côtés sont d'un jaune tirant sur le verd. Les plumes des aîles sont d'un verd-d'olive; le bord extérieur des grandes est blanc. Les plumes de la queue sont d'un verd-jaune clair. Celles du milieu sont plus courtes que les latérales; ce qui rend la queue un peu fourchue. L'iris des yeux est d'une couleur de noisette. Le demi-bec supérieur est d'un brun-noirâtre, l'inférieur est d'un brun plus clair. Les pieds & les ongles sont d'un cendré tirant sur le brun. On le trouve aux *Indes Orientales.*

56. Le petit Verdier des Indes.

Passer superne viridis, infernè candidus; remigibus, rectricibusque cœruleis, scapis albis præditis . . . . . Chloris Indica minor.

Chloris Indica, seu Virioni congener. *Aldrov. Avi. Tom. II. pag.* 852, *in qua hujus icon pessima.*
Chloris Indica. *Jonst. Avi. pag.* 71.

Magnitudine & crassitie paululùm *Chloridi nostrati* cedit. Rostrum & pedes habet non ita crassos. Caput, partem colli superiorem, dorsum & uropygium ves-

Il est un peu moins grand & moins gros que *notre Verdier.* Il n'a pas le bec si épais, ni les pieds si gros. La tête, la partie supérieure du col, le dos & le croupion sont couverts de plu-

mes vertes. Les ſcapulaires, les couvertures du deſſus des aîles & celles du deſſus de la queue ſont de la même couleur. La gorge, la partie inférieure du col, la poitrine, le ventre, les côtés, les jambes & les couvertures du deſſous de la queue ſont d'un très-beau blanc. Les plumes des aîles & celles de la queue ſont bleues, & ont leur tige blanche. Le bec eſt d'un verdâtre tirant ſur le brun. Les pieds & les ongles ſont noirs. On le trouve aux *Indes Orientales*.

tiunt pennæ virides. Scapulares, quæ alas ſuperne cooperiunt, & tectrices caudæ ſuperiores concolores. Guttur, collum inferius, pectus, venter, latera, crura & tectrices caudæ inferiores candidiſſimi ſunt coloris. Remiges & rectrices ſunt cœruleæ, ſcapis albis præditæ. Roſtrum ex ſubviridi ad fuſcum vergit. Pedes, ungueſque nigri. Habitat in *India Orientali*.

** 57. LE VERDIER DE JAVA.

Voyez Pl. VII. Fig. 4.

Paſſer ſuperne viridis, infernè rufus; medio ventre rubro; uropygio rufo; fronte, genis, guttureque cœruleis; rectricibus viridibus, oris exterioribus rubris, lateralibus interiùs fuſcis . . . . CHLORIS JAVENSIS.

Paſſeri campeſtri paululùm craſſitie cedit. Ipſius longitudo ab apice roſtri ad caudam extremam quatuor pollices æquat, & ad extremos ungues quatuor pollices & tres lineas. Roſtrum ab ipſius apice ad oris angulos uſque ſex lineas longum eſt; cauda tredecim lineas; pes ſex cum ſemi lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue ſeptem lineas: late-

Il eſt un peu moins gros que le *Moineau de campagne* ou *Friquet*. Sa longueur depuis le bout du bec juſqu'à celui de la queue eſt de quatre pouces, & juſqu'à celui des ongles de quatre pouces trois lignes. Son bec depuis ſa pointe juſqu'aux coins de la bouche a ſix lignes de long; ſa queue treize lignes; ſon pied ſix lignes & demie; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, ſept

rales paulò sunt breviores; posticus autem cum lateralibus longitudine convenit. Ab extremo ad extremum alarum extensarum distantia est sex pollicum & decem linearum; alæ verò complicatæ mediam circiter caudæ longitudinem attingunt. Partes capitis & colli superiores, sicut & dorsi suprema, pennæ scapulares, alarumque tectrices superiores sunt virides. Venter in medio rubet. Reliquum ventrem, pectus, latera & crura vestiunt pennæ eleganter rufæ. Quæ caudam subtus cooperiunt, & tectrices alarum inferiores concolores. Dorsum infimum & uropygium eodem imbuuntur rufo. Superiores caudæ tectrices sunt rubræ. Frons sive synciput, genæ & guttur eleganti cœruleo tinguntur; qui color secundùm colli inferioris longitudinem protensus, sensim atque sensim fit dilutior, cùmque rufo in pectore confunditur. Alarum remiges fuscæ, oris exterioribus viridibus præditæ. Cauda duodecim constat rectricibus, quarum binæ intermediæ virides, oris exterioribus rubris: laterales omnes in latere exteriore concolores, interiùs verò fuscæ.

lignes : les latéraux sont un peu plus courts ; & celui de derriere est de la même longueur que ces derniers. Il a six pouces dix lignes de vol ; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent environ jusqu'à la moitié de la longueur de la queue. Les parties supérieures de la tête, du col & du dos, les plumes scapulaires & les couvertures du dessus des aîles sont vertes. Le milieu du ventre est rouge. Le reste du ventre, la poitrine, les côtés, les jambes, les couvertures du dessous de la queue & celles du dessous des aîles sont d'un beau roux. La partie inférieure du dos & le croupion sont de la même couleur. Les couvertures du dessus de la queue sont rouges. Le front ou synciput, les joues & la gorge sont d'un assez beau bleu ; & cette couleur s'étend, en s'affoiblissant, le long de la partie inférieure du col, & va se perdre dans le roux de la poitrine. Les plumes de l'aîle sont brunes, & ont leur bord extérieur verd. La queue est composée de douze plumes : les deux du milieu sont vertes, & bordées extérieurement de rouge : toutes les latérales sont de la même couleur du côté extérieur, & brunes du côté intérieur. Le bec est d'une couleur de plomb.

Les pieds & les ongles sont gris. On le trouve dans l'*Isle de Java*, d'où il a été envoyé à *M. de Reaumur* par *M. Charmentier*.

Rostrum plumbeo colore imbutum. Pedes, unguesque grisei. Habitat in *Insula Java*; unde in *museum Realmurianum* missa à *D. Charmentier*.

** 58. Le Verdier de la Louisiane, dit vulgairement le Pape.

Voyez Pl. VIII. Fig. 3.

Passer superne viridis, ad flavum inclinans, infernè ruber; capite & collo superiore cœruleo-violaceis; uropygio rubro; rectricibus fuscis, binis intermediis in utroque latere & lateralibus exteriùs ad rubrum vergentibus . . . . Chloris Ludoviciana, vulgo Papa dicta.

Fringilla tricolor. *Klein. Avi. pag.* 97. *N°.* 7.
Fringilla purpurea. *Klein. Avi. pag.* 98. *N°.* 13.
An Avis Chiltototl Americana, Passeris species? *Seb. Vol. I. pag.* 87. *hujus icon minimè accurata Tab. LIII. fig.* 4.
Pinçon de trois couleurs. *Catesb. Tom. I. pag.* 44; *avec une figure passable Pl.* 44.
Rouge-queue de la Chine. *Alb. Tom. III. pag.* 29; *avec une figure mal coloriée Pl.* 68.
Les Espagnols l'appellent Mariposa Pintada. *Catesb.*
Les Anglois, Painted Finch. *Catesb.* China Bull-Finch. *Alb.*

Il est à peu près de la grosseur du *Moineau de campagne* ou *Friquet*. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de cinq pouces quatre lignes, & jusqu'à celui des ongles de quatre pouces dix lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a six lignes de long; sa queue deux pouces; son pied huit lignes; & celui du milieu des trois doigts

Crassitie *Passerem campestrem* circiter æquat. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam quinque pollices & quatuor lineas explet, & ad extremos ungues quatuor pollices & decem lineas. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos sex lineas longum est; cauda duos pollices; pes octo lineas; & trium digitorum anticorum

anticorum medius cum ungue septem lineas : laterales paulò sunt breviores ; & posticus cum anticorum extimo longitudine convenit. Alis expansis, extremitates majorum remigum septem pollicum & octo linearum intervallo distant ; alæ verò complicatæ mediam caudæ longitudinem non attingunt. Caput & collum superius sunt splendidè cœruleo-violacea. Oculorum ambitus ruber. Dorsi pars suprema, & scapulares pennæ ex viridi ad flavum inclinant. Dorsum infimum, uropygium, guttur, pars colli inferior, pectus, venter, latera, crura, tectricesque caudæ superiores & inferiores eleganter rubent. Pennæ alas subtus cooperientes ex cinereo ad violaceum vergunt. Tectrices alarum superiores minores ex fusco ad violaceum & rubrum inclinant: majores verò obscurè virescunt. Remiges sunt fuscæ, quisque donantur exterioribus ad rubrum vergentibus, exceptis tamen septimæ, octavæ & nonæ remigum marginibus obscurè viridibus : duarum triumve remigum corpori viciniorum latus exterius obscurè quoque virescit. Caudam com-

antérieurs, joint avec l'ongle, sept lignes : les latéraux sont un peu plus courts ; & celui de derriere est de la même longueur que l'extérieur de ceux de devant. Il a sept pouces huit lignes de vol ; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, ne s'étendent pas tout-à-fait jusqu'à la moitié de la longueur de la queue. La tête & la partie supérieure du col sont d'un bleu-violet éclatant. Le tour des yeux est rouge. La partie supérieure du dos & les plumes scapulaires sont d'un verd tirant sur le jaune. La partie inférieure du dos, le croupion, la gorge, le dessous du col, la poitrine, le ventre, les côtês, les jambes, & les couvertures du dessus & du dessous de la queue sont d'un beau rouge. Les couvertures du dessous des aîles sont d'un cendré tirant sur le violet. Les petites du dessus sont d'un brun tirant sur le violet & le rouge : & les grandes sont d'un verd sombre. Les plumes de l'aîle sont brunes ; leur bord extérieur tire sur le rouge, excepté celui des septiéme, huitiéme & neuviéme plumes, qui est d'un verd sombre : les deux ou trois plumes les plus proches du corps ont aussi leur côté extérieur de cette derniere couleur. La queue est composée de douze

plumes : les deux du milieu sont d'un brun tirant sur le rouge : les latérales sont de la même couleur du côté extérieur, & tout-à-fait brunes du côté intérieur Le bec est d'un gris-brun. Les pieds & les ongles sont bruns. On le trouve à *la Caroline*, à *la Louisiane* & en *Canada*, d'où il a été envoyé à *M. de Reaumur* par *M. le Comte de la Galissonniere.*

Catesby dit que la *femelle* ressemble à celle d'un *Moineau* par ses couleurs, auxquelles est cependant mêlée une légere teinte de verd.

ponunt duodecim rectrices, quarum binæ intermediæ sunt fuscæ, ad rubrum vergentes : laterales in latere exteriore concolores, in interiore verò penitùs fuscæ. Rostrùm griseo-fuscum. Pedes, unguesque fusci. Habitat in *Carolina*, *Ludovicia* & *Canada*, unde in *museum Realmurianum* missa à *D. Comite de la Galissonniere.*

Secundùm *Catesbeyum fœmina Passeris fœminam* coloribus æmulatur; attamen aliquid viridis admixtum habet.

59. Le Verdier de Bahama.

Passer sordidè viridis ; capite, collo & pectore nigris ; remigibus, rectricibusque sordidè viridibus . . . . Chloris Bahamensis.

Passerculus bicolor, Bahamensis. *Klein. Avi. pag.* 09. *n*. 9.
Moineau de Bahama. *Catesb. Tom. I. pag.* 37 ; *avec une figure exacte Pl.* 37.
Les Anglois l'appellent Bahama Sparrow. *Catesb.*

Il est à peu près de la grosseur du *Serin de Canarie.* Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est d'environ quatre pouces. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a quatre lignes & demie de long ; & sa queue un pouce sept lignes. Ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent environ jusqu'à la moitié

Crassitie *Serinum Canarium* circiter adæquat. Ipsius longitudo à rostri apice ad caudæ extremitatem quatuor circiter pollices explet. Rostrum habet ab ipsius apice ad oris angulos usque quatuor cum semi lineas longum, & caudam unum pollicem & septem lineas longam. Alæ complicatæ

mediam circiter caudæ longitudinem attingunt. Caput, guttur, collum & pectus pennis vestiuntur nigris. Dorsum, uropygium, venter, latera, crura, tectrices caudæ superiores & inferiores, pennæ alas superne & infernè cooperientes, sicut & scapulares, sordidè virent. Alarum remiges & caudæ rectrices concolores. Rostrum nigrum. Habitat in *Bahama Insula*, in cujus silvis valdè frequens.

de la longueur de la queue. La tête, la gorge, le col & la poitrine sont d'un beau noir Le dos, le croupion, le ventre, les côtés, les jambes, les couvertures du dessus & du dessous de la queue, celles du dessus & du dessous des aîles & les plumes scapulaires sont d'un verd sale. Les plumes de l'aîle & celles de la queue sont de la même couleur. Le bec est noir. On le trouve dans l'*Isle de Bahama*; dans les bois de laquelle il est fort commun.

** 60. LE BENGALI.

Voyez Pl. X. Fig. 1.

Passer superne griseus, infernè dilutè cœruleus; maculâ infra oculos purpureâ; uropygio & rectricibus dilutè cœruleis.... BENGALUS.

Crassitie *Linariam minimam* circiter æmulatur. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam quatuor pollices & novem lineas æquat, & ad extremos ungues quatuor tantùm pollices. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos usque quatuor lineas longum est; cauda duos pollices; pes septem lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue eamdem obtinet

Il est à peu près de la grosseur de la *petite Linotte*. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de quatre pouces neuf lignes, & jusqu'à celui des ongles de quatre pouces seulement. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a quatre lignes de long; sa queue deux pouces; son pied sept lignes; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, est de la même longueur: les latéraux sont un peu

plus courts ; & celui de derriere est un peu plus long que ces derniers. Il a six pouces neuf lignes de vol ; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, ne s'étendent que jusqu'au quart de la longueur de la queue. La tête, les parties supérieures du col & du dos, les plumes scapulaires & les couvertures du dessus des aîles sont d'un fort joli gris. La partie inférieure du dos, le croupion, la gorge, le dessous du col, la poitrine, le ventre, les côtés, les jambes & les couvertures du dessus & du dessous de la queue sont d'un bleu clair. Dans quelques-uns le ventre, les jambes & les couvertures du dessous de la queue sont de la même couleur que le dos, mais un peu plus claire. De chaque côté de la tête est une assez grande tache pourpre, placée au-dessous des yeux. Les plumes de l'aîle sont grises du côté extérieur, & brunes du côté intérieur. La queue est composée de douze plumes d'un bleu clair, dont les deux du milieu sont plus longues que les latérales, qui vont toutes en diminuant de longueur par degrés jusqu'à la plus extérieure de chaque côté, qui est la plus courte. Le bec est blanchâtre, excepté les bords des deux mandibules, qui sont noirâtres. Les

longitudinem : laterales paulò sunt breviores, posticus autem lateralium longitudinem nonnihil excedit. Alis expansis, extremitates majorum remigum sex pollicum & novem linearum intervallo distant ; alæ verò complicatæ quartam tantùm longitudinis caudæ partem pertingunt. Caput, partes colli superior & dorsi suprema, pennæ scapulares, alarumque superiores tectrices sunt elegantissimè griseæ. Dorsum infimum, uropygium, guttur, partem colli inferiorem, pectus, ventrem, latera & crura vestiunt pennæ dilutè cœruleæ. Tectrices caudæ superiores & inferiores concolores. In quibusdam hujus speciei individuis venter, crura, inferioresque caudæ tectrices eodem ac in dorso tinguntur colore, sed nonnihil dilutiore. In utroque capitis latere majuscula extat macula purpurea, infra oculos posita. Alarum remiges sunt in latere exteriore griseæ, in interiore fuscæ. Caudam componunt duodecim rectrices dilutè cœruleæ, quarum binæ intermediæ longiores ; laterales autem gradatim longitudine

minuuntur ad utrinque extimam usque breviorem. Rostrum candicans, attamen utriusque mandibulæ margines nigricantes. Pedes, unguesque albidi. Habitat in *Bengalensi* Regno. *Ex museo Realmuriano.*

pieds & les ongles sont blanchâtres. On le trouve dans le Royaume de *Bengale. Du cabinet de M. de Reaumur.*

** 61. LE BENGALI BRUN.

Voyez Pl. X. Fig. 3.

Passer fuscus; gutture & pectore sordidè albido mixtis; tectricibus alarum superioribus albo punctulatis; rectricibus nigricantibus . . . . . BENGALUS FUSCUS.

Regulum crassitie non multùm antecellit. Ipsius longitudo à rostri apice ad caudam extremam tres pollices & novem lineas explet, & ad extremos ungues tres pollices cum sex lineis. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos quatuor lineas longum est; cauda tredecim lineas; pes quinque cum semi lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue sex cum semi lineas: laterales paulò sunt breviores; & posticus laterales longitudine circiter æquat. Ab extremo ad extremum alarum extensarum distantia est sex pollicum & quatuor linearum; alæ verò complicatæ ultra caudæ exortum

Il n'est guères plus gros que le *Roitelet.* Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de trois pouces neuf lignes, & jusqu'à celui des ongles de trois pouces six lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a quatre lignes de long; sa queue treize lignes; son pied cinq lignes & demie; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, six lignes & demie: les latéraux sont un peu plus courts; & celui de derriere est à peu près de la même longueur que ces derniers. Il a six pouces quatre lignes de vol; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, ne s'étendent guères audelà de l'origine de la queue. La tête, le col, le dos, le crou-

pion, les plumes scapulaires, les couvertures du dessus & du dessous de la queue, celles du dessous des aîles, les jambes & les côtés sont bruns. La gorge & la poitrine sont d'un brun mêlé de blanchâtre sale. Le ventre est d'un brun plus foncé que celui du dos. Les couvertures du dessus des aîles sont de la même couleur que le dos, & quelques-unes sont terminées par un petit point blanc. Les plumes de l'aîle sont brunes. La queue est composée de douze plumes noirâtres. Le bec est rougeâtre. Les pieds & les ongles sont d'un blanc-jaunâtre. On le trouve dans le Royaume de *Bengale*. *Du cabinet de M. de Reaumur.*

non multùm extenduntur. Caput, collum, dorsum, uropygium, crura & latera pennis vestiuntur fuscis. Scapulares, quæ caudam superne & infernè obtegunt, alarumque tectrices inferiores concolores. Guttur & pectus fusca, sordidè albido mixta. Venter fusco quàm in dorso saturatiore tingitur. Superiores alarum tectrices dorso concolores, quibusdam in apice punctulo albo insignitis. Remiges fuscæ. Cauda duodecim constat rectricibus nigricantibus. Rostrum subrubrum. Pedes, unguesque ex albo flavicant. Habitat in *Bengalensi* Regno. *Ex museo Realmuriano.*

** 62. Le Bengali piqueté.

Voyez Pl. X. Fig. 4.

Passer supernè fuscus, rubro obscuro admixto, infernè obscurè ruber; tectricibus alarum & caudæ superioribus, pectore & lateribus albo punctulatis; rectricibus nigris.... Bengalus punctulatus.

Fringilla rubra minima. *Klein. Avi. pag.* 98. *N°.* 15.
Regulus Indicus. *Charlet. Exer. pag.* 95. *N°.* 2.
Charlet. Onomazt. pag. 89. *N°.* 2.
Avis Bengalensis parva maculata, Amadavad dicta. *Petiv. Gaz. Nat. hujus icon non satis accurata Tab. LIII. fig.* 1.
Avicula Indiæ Orientalis rostro Fringillæ, calcaribus Alaudæ, Amadavada dicta. *Willugh. Ornith. pag.* 194. *hujus icon non satis accurata Tab. XLVI.*

Avicula Amadavadæa. *Raj. Syn. Avi. pag.* 92. *N°.* 9.

Oiseau d'Amaduvad. *Alb. Tom. III. pag.* 32; *avec des figures mal coloriées du mâle & de la femelle Pl.* 77.

Les Anglois l'appellent AMADAVAD BIRD. *Willugh. Alb.*

Præcedentem crassitie paululùm antecellit. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam quatuor pollices æquat; & ad extremos ungues tres pollices & decem lineas. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos quatuor cum semi lineas longum est; cauda sexdecim lineas; pes septem lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue eamdem longitudinem obtinet: laterales paulò sunt breviores; & posticus lateralium longitudinem paululùm superat. Ab extremo ad extremum alarum extensarum distantia est quinque pollicum & novem linearum; alæ verò complicatæ ultra caudæ exortum non multùm protenduntur. Partes capitis & colli superiores, dorsum, uropygium, pennæ scapulares, quæ alas supèrne cooperiunt, superioresque caudæ tectrices sunt fuscæ, cum pauco rubro obscuro mixtæ. Venter iisdem coloribus ornatur. Caput ad latera, guttur, collum inferius, pectus, latera, crura, inferio-

Il est un peu plus gros que le précédent. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de quatre pouces, & jusqu'à celui des ongles de trois pouces dix lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a quatre lignes & demie de long; sa queue un pouce quatre lignes; son pied sept lignes; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, est de la même longueur: les latéraux sont un peu plus courts; & celui de derriere est un peu plus long que ces derniers. Il a cinq pouces neuf lignes de vol; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, ne s'étendent guères au-delà de l'origine de la queue. Les parties supérieures de la tête & du col, le dos, le croupion, les plumes scapulaires, les couvertures du dessus des aîles, celles du dessus de la queue & le ventre sont d'un brun mêlé d'un peu de rouge sombre. Les côtés de la tête, la gorge, la partie inférieure du col, la poitrine, les côtés, les jambes & les couvertures du dessous de la queue sont d'un rouge plus vif, quoique sombre, toutes les

plumes étant brunes à leur origine, & terminées de rouge, de façon qu'il n'y a que cette derniere couleur qui paroît, lorsque les plumes sont couchées les unes sur les autres. Les couvertures du dessus des aîles, celles du dessus de la queue, & les plumes qui couvrent la poitrine & les côtés sont la plûpart terminées par un petit point blanc; ce qui fait paroître l'Oiseau fort joliment piqueté. Les plumes de l'aîle sont d'un gris-brun. La queue est composée de douze plumes noires. Le bec est d'un rouge sombre. Les pieds & les ongles sont d'un blanc-jaunâtre.

La *femelle* différe du *mâle* en ce qu'elle a la gorge blanche, & la partie inférieure du col, la poitrine & le ventre d'un jaune pâle. Du reste elle lui ressemble assez.

On les trouve dans l'*Isle de Java*, d'où le *mâle* a été envoyé à *M. de Reaumur* par *M. Charmentier.*

resque caudæ tectrices rubro tinguntur obscuro quidem, sed minùs, omnibus scilicet pennis in exortu fuscis, rubro terminatis, ita ut, dum pennæ aliæ aliis incumbunt, color ruber solus sit conspicuus. Superiores alarum tectrices, pennæ caudam superne tegentes, quæque pectus & latera vestiunt, punctulo albo pleræque terminantur; quo fit ut Avis eleganter punctulata appareat. Remiges sunt griseo-fuscæ. Cauda duodecim constat rectricibus nigris. Rostrum obscurè rubrum. Pedes, unguesque albo-flavicantes.

Fœmina à *mare* differt gutture candido, & collo inferiore, pectore & ventre pallidè luteis. In reliquis cum illo satis bene convenit.

Habitant in *Java Insula*; unde *mas* in *museum Reaumurianum* missus à *D. Charmentier.*

** 63. Le Sénégali rouge.

Voyez Pl. X. Fig. 2.

Passer superne fusco-virescens, vinaceo admixto, infernè rubro-vinaceus; vertice rubro-vinaceo; imo ventre fusco-virescente, rectricibus nigris. SENEGALUS RUBER.

Præcedenti

Præcedenti crassitie cedit; sed graciliori corpore donatur. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam quatuor pollices & tres lineas æquat, & ad extremos ungues quatuor tantùm pollices. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos quatuor lineas longum est; cauda unum pollicem cum sex lineis; pes sex lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue eâdem longitudine pollet: laterales paulò sunt breviores; & posticus cum lateralibus longitudine circiter convenit. Alis expansis, extremitates majorum remigum sex pollicum & totidem linearum intervallo distant; alæ verò complicatæ tertiam longitudinis caudæ partem attingunt. Capitis superior pars, guttur, collum in parte inferiore & ad latera, pectus, venter supremus, latera, uropygium, superiores caudæ tectrices & pennæ alas subtus cooperientes rubro-vinaceo tinguntur. Venter imus, crura & tectrices caudæ inferiores ex fusco virescunt. Caput in parte posteriore, collum superius, dorsum, pennæ scapulares & superiores alarum tectrices

Il est moins gros que le précédent; mais il a le corps plus allongé. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de quatre pouces trois lignes; & jusqu'à celui des ongles de quatre pouces seulement. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a quatre lignes de long; sa queue dix-huit lignes; son pied six lignes; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, est de même long de six lignes: les latéraux sont un peu plus courts; & celui de derriere est à peu près de la même longueur que ces derniers. Il a six pouces six lignes de vol; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent jusqu'au tiers de la longueur de la queue. La partie supérieure de la tête, la gorge, la partie inférieure & les côtés du col, la poitrine, le haut du ventre, les côtés, le croupion, les couvertures du dessus de la queue & celles du dessous des aîles sont d'un rouge-vineux. Le bas-ventre, les jambes & les couvertures du dessous de la queue sont d'un brun-verdâtre. Le derriere de la tête, le dessus du col, le dos, les plumes scapulaires & les couvertures du dessus des aîles sont de la même couleur, mêlée d'un peu de vineux. Les plu-

mes de l'aîle sont brunes. La queue est composée de douze plumes noires. Le bec est rougeâtre, les deux mandibules étant bordées de brun dans toute leur circonférence ; il y a aussi sur le dessus du bec une petite ligne brune, qui s'étend depuis son origine jusqu'à sa pointe, & une autre de pareille couleur en-dessous du bec. Les pieds & les ongles sont d'un gris-blanc. On le trouve au *Sénégal. Du cabinet de M. l'Abbé Aubry.*

ex fusco quoque virescunt, sed aliquid vinacei admixtum habent. Alarum remiges fuscæ. Duodecim rectricibus nigris cauda constat. Rostrum rubescit, utriusque mandibulæ marginibus in tota circumferentia fuscis ; lineola quoque extat fusca in mandibula superiore ab ipsius exortu ad apicem usque protensa ; sicut & altera lineola concolor in mandibula inferiore similiter posita. Pedes, unguesque ex cinereo albent. Habitat in *Senegalensi* regione. *Ex museo D. Aubry.*

** 64. Le Sénégali rayé.

Voyez Pl. X. Fig. 5.

Passer fusco & sordidè griseo transversim striatus ; colore roseo in parte corporis inferiore, & rubro in ventre admixtis ; tæniâ per oculos rubrâ ; rectricibus fusco & sordidè griseo transversim striatis. . . . Senegalus striatus.

Il est de la grosseur & de la forme du précédent. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de quatre pouces quatre lignes, & jusqu'à celui des ongles de trois pouces huit lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a trois lignes & demie de long ; sa queue deux

Crassitie & formâ præcedentem æmulatur. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam quatuor pollices & totidem lineas explet, & ad extremos ungues tres pollices & octo lineas. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos usque tres cum semi lineas longum est ; cauda

duos pollices; pes sex cum semi lineâs; & trium digitorum anticorum medius cum ungue eamdem longitudinem obtinet: laterales paulò sunt breviores; & posticus cum lateralibus longitudine convenit. Ab extremo ad extremum alarum extensarum distantia est sex pollicum; alæ verò complicatæ ad quartam tantùm longitudinis caudæ partem extenduntur. Caput, partem colli superiorem, dorsum & uropygium vestiunt pennæ minutissimis, strictissimisque tæniis transversis, alternatim fuscis & sordidè griseis striatæ: quæ minutæ tæniæ in capite adhuc strictiores fiunt quàm in reliquis prædictis partibus. Pennæ scapulares, quæ alas superne cooperiunt, tectricesque caudæ superiores iisdem coloribus & simili modo sunt striatæ. Guttur, partem colli inferiorem, pectus, inferiores alarum tectrices, ventrem, latera & crura variegant similes minutæ & strictissimæ tæniæ transversæ, sed coloribus conflatæ quàm in dorso multò dilutioribus, quibus aliquid rosei coloris admiscetur, cum pauco rubro in ventre quoque admixto. Te-

pouces; son pied six lignes & demie; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, a aussi six lignes & demie de long: les latéraux sont un peu plus courts; & celui de derriere est de la même longueur que ces derniers. Il a six pouces de vol; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, ne s'étendent que jusqu'au quart de la longueur de la queue. La tête, le dessus du col, le dos & le croupion sont rayés de petites bandes transversales extrêmement étroites, alternativement brunes & d'un gris sale. Ces petites bandes sont encore plus étroites sur la tête que par-tout ailleurs. Les plumes scapulaires, les couvertures du dessus des aîles & celles du dessus de la queue sont rayées de même & des mêmes couleurs. La gorge, la partie inférieure du col, la poitrine, les couvertures du dessous des aîles, le ventre, les jambes & les côtés sont pareillement rayés de petites bandes transversales très-étroites, mais de couleurs beaucoup plus claires que sur le dos, le tout étant mêlé d'une légere teinte de couleur de rose, avec un peu de rouge au ventre. Les couvertures du dessous de la queue sont noires. De chaque côté de la tête est une étroite bande

longitudinale rouge, qui part de l'origine du bec, & passe par les yeux. Les plumes de l'aîle sont brunes. La queue est composée de douze plumes rayées de petites bandes transversales extrêmement étroites, alternativement brunes & d'un gris sale. Le bec est rouge. Les pieds & les ongles sont bruns. On le trouve au *Sénégal* & au *Cap de Bonne Espérance*, d'où il a été envoyé à *M. de Reaumur* par *M. l'Abbé de la Caille.*

ctrices caudæ inferiores nigræ sunt. Capitis utrumque latus strictâ insignitur tæniâ longitudinali rubrâ, ab exortu rostri ortâ, & per oculos ductâ. Remiges fuscæ. Caudam componunt duodecim rectrices minutis & strictissimis tæniis transversis, alternatim fuscis & sordidè griseis striatæ. Rostrum rubrum. Pedes, unguesque fusci. Habitat in *Senegalensi* regione & *Capite Bonæ Spei*, unde in *museum Realmurianum* missus à *D. Abbate de la Caille.*

** 65. Le Maia de la Chine.

Voyez Pl. IX. Fig. 2.

Passer superne fusco-castaneus, infernè nigricans; capite & collo sordidè albis; pectore dilutè fusco; rectricibus saturatè fusco-castaneis . . . . Maia Sinensis.

Il est à peu près de la grosseur de la *petite Linotte de vigne.* Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de quatre pouces, & jusqu'à celui des ongles de quatre pouces trois lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a cinq lignes de long; sa queue quinze lignes; son pied sept lignes; & celui du milieu des trois doigts antérieurs,

Linariam rubram minorem crassitie circiter æmulatur. Ipsius longitudo à rostri apice ad caudæ extremitatem quatuor pollices æquat, & ad extremos ungues quatuor pollices & tres lineas. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos quinque lineas longum est; cauda quindecim lineas; pes septem lineas; & trium di-

gitorum anticorum medius cum ungue sex cum semi lineas : laterales paulò sunt breviores ; posticus autem cum anticorum extimo longitudine convenit. Alis expansis, extremitates majorum remigum quinque pollicum & trium linearum intervallo distant ; alæ verò complicatæ ultra caudæ exortum non extenduntur. Caput, guttur & collum tingit color sordidè albus. Dorsum, uropygium, latera, pennæ scapulares, superiores alarum tectrices, quæque caudam superne obtegunt, sunt fusco-castaneæ. Pectus fusco imbuitur diluto. Venter, crura & tectrices caudæ inferiores nigricant. Remiges sunt fuscæ, exceptis tamen secundâ & quartâ candidis, remige scilicet à corpore remotiore pro prima habitâ. Caudam componunt duodecim rectrices eodem ac dorsum imbutæ colore, sed saturatiore. Mandibula superior griseo-fusca, inferior dilutiùs grisea. Pedes, unguesque grisei. Habitat in *Sina*, unde in *museum D. Aubry* missa.

joint avec l'ongle, six lignes & demie : les latéraux sont un peu plus courts ; & celui de derriere est de la même longueur que l'extérieur de ceux de devant. Il a cinq pouces trois lignes de vol ; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, ne s'étendent que jusqu'à l'origine de la queue. La tête, la gorge & le col sont d'un blanc sale. Le dos, le croupion, les côtés, les plumes scapulaires, les couvertures du dessus des aîles & celles du dessus de la queue sont d'un brun tirant sur le marron. La poitrine est d'un brun clair. Le ventre, les jambes & les couvertures du dessous de la queue sont noirâtres. Les plumes des aîles sont brunes ; il faut cependant en excepter la seconde & la quatriéme, en commençant à compter par celle qui est la plus éloignée du corps, qui sont blanches. La queue est composée de douze plumes de la même couleur que le dos, mais plus foncée. Le demi-bec supérieur est d'un gris-brun, l'inférieur est d'un gris plus clair. Les pieds & les ongles sont gris. On le trouve à *la Chine*, d'où il a été envoyé à *M. l'Abbé Aubry*, qui le conserve dans son *cabinet*.

** 66. Le Maia de Cuba.

Voyez la femelle Pl. VII. Fig. 3.

Passer superne castaneo-purpureus, infernè nigricans; capite & collo nigricantibus; tæniâ in pectore transversâ castaneo-purpureâ; rectricibus superne castaneo-purpureis, infernè fuscis, ad rufum vergentibus. (*Mas*).

Passer superne fulvus, infernè sordidè albo-flavicans; gutture & maculâ utrinque in pectore castaneo-purpureis; rectricibus fulvis. (*Fœmina*) .... Maia ex Insula Cuba.

Maja. *Eus. Nieremb. pag.* 208.
Fern. Hist. Nov. Hisp. pag. 56. *cap.* CCXIX.
Jonst. Avi. pag. 119.
Willugh. Ornith. pag. 297.
Raj. Syn. Avi. pag. 155.
Charlet. Exer. pag. 116. *N°. IV.*
Charlet. Onomazt. pag. 112. *N°. IV.*
Les Mexiquains l'appellent Maja. *Fern.*

Il est beaucoup plus petit que le précédent. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de trois pouces huit lignes, & jusqu'à celui des ongles de trois pouces six lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a cinq lignes de long; sa queue un pouce six lignes; son pied six lignes; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, sept lignes & demie : les latéraux sont beaucoup plus courts; & celui de derriere est un peu plus long que ces derniers. Il a cinq pouces six lignes de vol; & ses

Præcedenti multùm crassitie cedit. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam tres pollices & octo lineas æquat, & ad extremos ungues tres pollices & sex lineas. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos quinque lineas longum est; cauda unum pollicem cum sex lineis; pes sex lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue septem cum semi lineas : laterales multò sunt breviores; posticus autem laterales longitudine nonnihil antecellit. Ab extremo ad extremum ala-

rum extensarum distantia est quinque pollicum & sex linearum; alæ verò complicatæ nonnihil ultra tertiam longitudinis caudæ partem extenduntur. Caput, guttur, collum, pectus, venter, crura, inferioresque caudæ tectrices nigricant. Dorsum, uropygium, latera, pennæ scapulares, tectrices alarum superiores & inferiores, quæque caudam superne obtegunt, sunt castaneo-purpureæ; colore isto in tectricibus caudæ superioribus multò splendidiore quam in reliquis prædictis partibus. Pectus latâ tæniâ transversâ castaneo-purpureâ quoque insignitur. Alarum remiges sunt in latere exteriore castaneæ, in inferiore griseo-fuscæ: qui color griseo-fuscus, versùs cujuslibet remigis margines procedendo, sensim atque sensim fit dilutior. Cauda duodecim constat rectricibus superne castaneo-purpureis, subtus verò fuscis, ad rufum vergentibus. Rostrum, unguesque grisei; pedes plumbeo colore imbuti.

Fœmina coloribus à *mare* discrepat. Caput, collum in parte superiore & ad latera, dorsum, uropygium, pennæ

aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent un peu au-delà du tiers de la longueur de la queue. La tête, la gorge, le col, la poitrine, le ventre, les jambes & les couvertures du dessous de la queue sont noirâtres. Le dos, le croupion, les côtés, les plumes scapulaires, les couvertures du dessus & du dessous des aîles, & celles du dessus de la queue sont d'un marron-pourpré; cette couleur est beaucoup plus brillante sur les couvertures du dessus de la queue qu'ailleurs. Il y a aussi sur la poitrine une large bande transversale de marron-pourpré. Les plumes des aîles sont d'une couleur de marron du côté extérieur, & d'un gris-brun du côté intérieur: cette derniere couleur s'éclaircit peu à peu en approchant des bords de chaque plume. La queue est composée de douze plumes d'un marron-pourpré en-dessus, & d'un brun tirant sur le roux en-dessous. Le bec & les ongles sont gris; & les pieds sont d'une couleur de plomb.

La *femelle* différe du *mâle* par ses couleurs. La tête, la partie supérieure & les côtés du col, le dos, le croupion, les plumes

ſcapulaires, les couvertures du deſſus des aîles, celles du deſſus de la queue & les jambes ſont fauves. La gorge eſt d'un marron-pourpré. Il y a auſſi de chaque côté de la poitrine une tache de la même couleur. La partie inférieure du col, la poitrine, le ventre, les côtés, les couvertures du deſſous de la queue & celles du deſſous des aîles ſont d'un blanc ſale & jaunâtre. Les plumes de l'aîle ſont fauves. Celles de la queue ſont de la même couleur. Le bec eſt blanchâtre. Les pieds & les ongles ſont gris. Ils volent par troupes.

On les trouve dans l'*Iſle de Cuba*, ainſi qu'aux *Indes Orientales*, d'où le mâle a été envoyé à *M. Turgot*, & la femelle à *M. l'Abbé Aubry*, qui les conſervent dans leurs *cabinets*.

ſcapulares, quæ alas ſuperne obtegunt, ſuperiores caudæ tectrices & crura fulvo tinguntur colore. Guttur caſtaneo-purpureum. Pectus quoque in utroque latere maculâ inſignitur concolore. Collum inferius, pectus, venter, latera, inferiores caudæ tectrices & pennæ alas ſubtus cooperientes ex ſordidè albo flavicant. Alarum remiges fulvæ. Caudæ rectrices concolores. Roſtrum candicans. Pedes, unguesque griſei. Gregatim volant.

Habitant in *Inſula Cuba*, ſicut & in *India Orientali*, unde mas miſſus in *muſeum D. Turgot*, & fœmina in *muſeum D. Aubry*.

** 67. LE GRENADIN.

Voyez Pl. IX. Fig. 3.

Paſſer ſuperne fuſco-caſtaneus, infernè caſtaneus; vertice caſtaneo; genis violaceis; gutture & imo ventre nigris; uropygio cœruleo; rectricibus ſplendidè nigris . . . . GRANATINUS.

Il eſt beaucoup plus petit que le *Moineau de campagne* ou *Friquet*. Sa longueur depuis le bout du bec juſqu'à celui de la queue

Paſſeri campeſtri multùm craſſitie cedit. Ipſius longitudo ab apice roſtri ad caudam extremam quatuor pollices

lices & novem lineas explet, & ad extremos ungues quatuor tantùm pollices. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos usque quatuor lineas longum est; cauda duos pollices cum totidem lineis; pes septem lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue eamdem longitudinem obtinet : laterales multò sunt breviores; posticus autem lateralium longitudinem paululùm superat. Alis expansis, extremitates majorum remigum sex pollicum & septem linearum intervallo distant; alæ verò complicatæ quartam circiter longitudinis caudæ partem attingunt. Partem capitis superiorem, collum, pectus, ventrem supremum & latera vestiunt pennæ eleganter castaneæ. Dorsum, pennæ scapulares, alarumque tectrices superiores & inferiores sunt fusco-castaneæ. Guttur, venter imus & crura pennis vestiuntur splendidè nigris. Quæ genas cooperiunt, sunt elegantissimè violaceæ; & in capite superiore prope mandibulæ superioris exortum quædam extant plumulæ cœruleæ. Oculorum ambitus coccineus. Uropygium & superiores caudæ tectrices ele-

est de quatre pouces neuf lignes, & jusqu'à celui des ongles de quatre pouces seulement. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche est long de quatre lignes; sa queue de deux pouces deux lignes; son pied de sept lignes; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, aussi de sept lignes: les latéraux sont beaucoup plus courts; & celui de derriere est un peu plus long que ces derniers. Il a six pouces sept lignes de vol; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent environ jusqu'au quart de la longueur de la queue. La partie supérieure de la tête, le col, la poitrine, le haut du ventre & les côtés sont d'un beau marron. Le dos, les plumes scapulaires & les couvertures du dessus & du dessous des aîles sont d'un brun mêlé confusément de marron. La gorge, le bas-ventre & les jambes sont d'un beau noir. Les joues sont d'un fort beau violet; & il y a par-dessus la tête à l'origine du demi-bec supérieur quelques petites plumes bleues. Le tour des yeux est d'un rouge vif. Le croupion & les couvertures du dessus de la queue sont d'un très-beau bleu: celles du dessous sont noires, & terminées de ce même bleu. Les plumes de l'aîle sont bru-

nes. La queue est composée de douze plumes d'un noir de velours, toutes d'inégale longueur : celles du milieu sont les plus longues ; & les latérales vont toutes en diminuant de longueur par degrés jusqu'à la plus extérieure de chaque côté, qui est la plus courte. Le bec est d'un rouge de corail. Les pieds & les ongles sont gris. On le trouve à *la côte d'Afrique*, d'où il a été envoyé en 1754 à *Madame la Marquise de Pompadour*, qui l'a gardé vivant chez elle pendant trois ans & demi. Il est actuellement au *cabinet du Roi*. *M. l'Abbé Aubry* en conserve un pareil dans son *cabinet*.

gantissimè cœruleæ : pennæ caudam subtus obtegentes nigræ, eodem cœruleo terminata. Remiges fuscæ. Caudam componunt duodecim rectrices, nigræ, holoserici villosi instar splendentes, omnes longitudine inæquales : intermediæ enim longiores ; laterales autem gradatim longitudine minuuntur ad utrinque extimam usque breviorem. Rostrum rubro coralino tinctum. Pedes, unguesque grisei. Habitat in *Africa* ripa, unde missus anno 1754 ad *D. de Pompadour*, apud quam per trium cum semi annorum intervallum vixit. In *museo Regio* servatur. Hujus speciei unus extat in *museo D. Aubry*.

XXXIV.

Le genre du Gros-bec.

Son caractere est d'avoir

Quatre doigts, dénués de membranes ; trois devant, un derriere ; tous séparés environ jusqu'à leur origine :

Les jambes couvertes de plumes jusqu'au talon :

Le bec en cone raccourci ; la pointe du cone grosse & courte :

XXXIV.

Genus Coccothraustis.

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti ; tres scilicet antici, posticus unus ; omnes circiter usque ad exortum discreti :

Crura ad calcaneum usque plumosa :

Rostrum conico - attenuatum, in apicem crassum & brevem exeuns :

nes. La queue est composée de douze plumes d'un noir de velours, toutes d'inégale longueur : celles du milieu sont les plus longues ; & les latérales vont toutes en diminuant de longueur par degrés jusqu'à la plus extérieure de chaque côté, qui est la plus courte. Le bec est d'un rouge de corail. Les pieds & les ongles sont gris. On le trouve à *la côte d'Afrique*, d'où il a été envoyé en 1754 à *Madame la Marquise de Pompadour*, qui l'a gardé vivant chez elle pendant trois ans & demi. Il est actuellement au *cabinet du Roi*. *M. l'Abbé Aubry* en conserve un pareil dans son *cabinet*.

gantissimè cœruleæ : pennæ caudam subtus obtegentes nigræ, eodem cœruleo terminatæ. Remiges fuscæ. Caudam componunt duodecim rectrices nigræ, holoserici villosi instar splendentes, omnes longitudine inæquales : intermediæ enim longiores ; laterales autem gradatim longitudine minuuntur ad utrinque extimam usque breviorem. Rostrum rubro coralino tinctum. Pedes, unguesque grisei. Habitat in *Africa* ripa, unde missus anno 1754 ad *D. de Pompadour*, apud quam per trium cum semi annorum intervallum vixit. In *museo Regio* servatur. Hujus speciei unus extat in *museo D. Aubry*.

XXXIV.

Le genre du Gros-bec.

Son caractere est d'avoir

Quatre doigts, dénués de membranes ; trois devant, un derriere ; tous séparés environ jusqu'à leur origine :

Les jambes couvertes de plumes jusqu'au talon :

Le bec en cone raccourci ; la pointe du cone grosse & courte :

XXXIV.

Genus Coccothraustis.

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti ; tres scilicet antici, posticus unus ; omnes circiter usque ad exortum discreti :

Crura ad calcaneum usque plumosa :

Rostrum conico - attenuatum, in apicem crassum & brevem exeuns ;

Martinet delin. et Sculp.

1. Moineau de bois.
2. Petit Moineau du Cap de Bonne Espérance.
3. Moineau du Cap de Bonne Espérance.
4. Moineau à bec rouge du Cap de Bonne Espérance.

1. Moineau à bec rouge du Sénégal.
2. Cardinal de Madagascar.
3. Cardinal du Cap de Bonne Espérance.
4. Cardinal Dominiquain.

Dessiné et Gravé par Martinet

1. Pere noir 2. Pinçon de la Chine 3. Maïa de Cuba femelle 4. Verdier de Java

Dessiné et Gravé par Martinet.

1. Veuve. 2. Petite Veuve. 3. Verdier de la Louisiane ou Pape.

Dessiné et Gravé par Martinet

1. Veuve de la Côte d'Afrique. 2. Maia de la Chine. 3. Grenadin.

Dessiné et Gravé par Martinet

1. Bongali. 2. Sénégali rouge. 3. Bengali brun. 4. Bengali piqueté. 5. Sénégali ra…

Mandibula utraque recta, integra :	Les deux mandibules droites & entieres :
Basis rostri caput latitudine ferè æquans.	La bâse du bec presque aussi large que la tête.

1. LE GROS-BEC.

Coccothraustes superne castanea, infernè vinacea (*mas*) cinereo-vinacea (*fœmina*); imo ventre albo; oculorum ambitu & gutture nigris; maculâ in alis candidâ (*mas*) cinereo-albâ (*fœmina*); rectrice utrinque extimâ ultimâ medietate interiùs albâ . . . . COCCOTHRAUSTES.

Coccothraustes. *Gesn. Avi. pag. 276, in qua hujus icon non satis accurata.*
Gesn. icon. Avi. pag. 40, in qua eadem icon.
Schwenck. Avi. Sil. pag. 236.
Jonst. Avi. pag. 76. hujus icon ab Olina mutuata Tab. 37.
Linn. Systh. Nat. ed. 6. Gen. 79. sp. 1.
Coccothraustes Ornithologi. *Aldrov. Avi. Tom. II. pag. 645. hujus icon non satis accurata pag. 646.*
Coccothraustes vulgaris. *Charlet. Exer. pag. 91. N°. IV. hujus icon non satis accurata pag. 92.*
Charlet. Onomazt. pag. 84. N°. IV. eadem icon pag. 85.
Raj. Syn. Avi. pag. 85. N°. A. 1.
Coccothraustes vulgaris Gesneri & Aldrovandi. *Willugh. Ornith. pag. 175. hujus icon ab Olina mutuata Tab. XLIV.*
Coccothraustes simpliciter. *Klein. Avi. pag. 94. N°. 1.*
Enucleator; Coccothraustes. *Frisch. maris & fœminæ icones accuratæ Tab. 4.*
Passer ex cinereo spadiceus, rostro robusto. *Barr. Ornith. Class. III. Gen. XXX. sp. 7.*
Loxia lineâ alarum duplici albâ. *Faun. Suec. Linn. N°. 176.*
Molliceps. *Gesn. Avi. pag. 614.*
Frosone. *Olina. pag. 37, in qua hujus icon accurata.*
Lysklicker; Kirsch-Fincke, Eberi & Peuceri. *Schwenck.*
Gros-bec. *Bel. Hist. nat. des Oís. pag. 373; avec une figure passable pag. 374.*
Kolbe. Descrip. du C. de B. Esp. Tom. III. pag. 166.
Gros-bec; Pinson royal. *Bel. Portr. d'Oís. pag. 97 b, dans laquelle il y a une figure passable.*
Gros-bec ordinaire. *Alb. Tom. I. pag. 50; avec une figure mal coloriée Pl. 56.*

Les François l'appellent GEAY DE BATAILLE.
Les Manceaux, PINSON ROYAL. *Bel. Aldrov.*
Les Grecs Κοκκοθραύστης. *Gesn. Aldrov. Schwenck. Willugh.* Παρδαλος. *Bel.*
Les Turcs, GIEGEN. *Gesn.* GIENGEN. *Aldrov.*
Les Catalans, PINÇA MEC; PINÇA ROQUÉ. *Barr.*
Les Italiens, FROSONE; FRISONE. *Olina. Willugh.* FRUSONE; FRISON; GRISON. *Gesn. Aldrov.* FRANGUEL DEL RE. *Bel.*
Les Italiens aux environs du Lac majeur, FRANGUEL MONTAGNO. *Gesn.*
Les Allemands, STEIN-BYSSER; KIRSE-SCHNELLER; KIRSCHEN-SCHNELLER; BOLLEBICK. *Gesn. Aldrov.* STEIN-BEISSER; KIRSCH-SCHNELLER; BOLLEN-BEISSER. *Schwenck.*
Les Allemands aux environs de Francfort, KIRSCH-FINCK. *Gesn. Frisch.* KIRSZ-FINCK. *Aldrov.*
Les Autrichiens, KERN-BEISZ. *Gesn. Aldrov.* KERN-BEISSER. *Frisch.*
Les Siléſiens, LESKE; KIRSCH-LESKE. *Schwenck.*
Les Suiſſes, KLEPPER. *Gesn. Aldrov. Schwenck.*
Les Suédois, SWENSK-PAPEGOJA; TALLBIT; PARIS-FOGEL. *Linn.*
Les Anglois, GROS-BEAK. *Alb.* GROSSE-BEAK, *ou* HAW-FINCH. *Willugh. Raj. Charlet.*

Il eſt preſqu'auſſi gros que le *Mauvis*. Sa longueur depuis le bout du bec juſqu'à celui de la queue eſt de ſix pouces neuf lignes, & juſqu'à celui des ongles de ſix pouces huit lignes. Son bec depuis ſa pointe juſqu'aux coins de la bouche a neuf lignes de long; ſa queue deux pouces une ligne; ſon pied neuf lignes; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, onze lignes : les latéraux ſont beaucoup plus courts; & celui de derriere eſt de la même longueur que l'extérieur de ceux de devant. Il a onze pouces quatre lignes de vol; & ſes aîles, lorſqu'elles ſont pliées, s'étendent un peu au-delà des

Craſſitie *Turdum Iliacum* ferè adæquat. Ipſius longitudo ab apice roſtri ad caudam extremam ſex pollices & novem lineas explet, & ad extremos ungues ſex pollices & octo lineas. Roſtrum ab ipſius apice ad oris angulos novem lineas longum eſt; cauda duos pollices cum linea una; pes novem lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue undecim lineas : laterales multò ſunt breviores; & poſticus cum anticorum extimo longitudine convenit. Alis expanſis, extremitates majorum remigum undecim pollicum & quatuor linearum intervallo diſtant; alæ verò

complicatæ nonnihil ultra duas tertias longitudinis caudæ partes extenduntur. Caput superius dilutè castaneum est. Caput ad latera & syncíput castaneo quidem tinguntur colore, sed dilutiore multò. Pars colli superior cinerea. Dorsum & scapulares pennæ saturatè castaneæ. Uropygium ex griseo ad castaneum inclinat. Superiores caudæ tectrices eleganter castaneæ. Basim rostri circumdat linea nigra. Oculorum ambitum, spatium rostrum inter & oculum contentum, & guttur tingit idem color. Pars colli inferior, pectus, venter supremus & latera vinaceo imbuuntur colore. Venter imus, inferioresque caudæ tectrices albent. Crura sunt cinereo-alba. Tectrices alarum inferiores minores candidæ: majores cinereæ: superiores minores nigricantes: majores à corpore remotiores nigræ, oris exterioribus nigro-violaceis præditæ; sequentes in latere interiore nigricantes, in exteriore candidæ; unde in utraque ala majuscula efficitur macula concolor; corpori tandem finitimæ ad castaneum inclinantes. Alam componunt novemdecim re-

deux tiers de la longueur de la queue. Le dessus de la tête est d'un marron clair. Les côtés de la tête & le sinciput sont d'un marron beaucoup plus clair. La partie supérieure du col est cendrée. Le dos & les plumes scapulaires sont d'un marron foncé. Le croupion est d'un gris tirant sur le marron. Les couvertures du dessus de la queue sont d'un beau marron. La bâse du bec est entourée d'une ligne noire. Le tour des yeux, l'espace contenu entre le bec & l'œil, & la gorge sont pareillement noirs. La partie inférieure du col, la poitrine, le haut du ventre & les côtés sont d'une couleur vineuse. Le bas-ventre est blanc, ainsi que les couvertures du dessous de la queue. Les jambes sont d'un gris-blanc. Les petites couvertures du dessous des aîles sont blanches: les grandes sont cendrées: les petites du dessus sont noirâtres: les grandes les plus éloignées du corps sont noires, & bordées extérieurement de noir-violet; les suivantes sont noirâtres du côté intérieur, & blanches du côté extérieur; ce qui forme sur chaque aîle une grande tache de cette couleur; enfin les plus proches du corps tirent sur le marron. L'aîle est composée de

dix-neuf plumes : les trois plus proches du corps tirent fur le marron : toutes les autres font noires ; mais depuis la feconde jufqu'à la quatriéme inclufivement, en commençant à compter par celles qui font les plus éloignées du corps, ces plumes ont leur bout d'un noir changeant en bleu : les quatres fuivantes, fçavoir depuis la cinquiéme jufqu'à la huitiéme inclufivement, ont leur bout d'un noir changeant en bleu du côté intérieur, & d'un noir changeant en violet du côté extérieur : les huit autres, fçavoir depuis la neuviéme jufqu'à la feiziéme inclufivement, ont leur bord extérieur d'un noir changeant en violet. Ces quinze plumes, fçavoir depuis la feconde jufqu'à la feiziéme inclufivement, ont une grande tache blanche, placée fur le côté intérieur vers le milieu de leur longueur, laquelle tache eft d'autant plus grande, que la plume eft plus proche du corps. De plus quatre de ces plumes, fçavoir depuis la cinquiéme jufqu'à la huitiéme inclufivement, paroiffent avoir à leur bout une échancrure placée du côté intérieur ; & les barbes extérieures du bout de chacune de ces plumes font recourbées en-dehors : les huit fuivantes, fçavoir

miges, quarum tres corpori viciniores ad caftaneum vergunt : reliquæ omnes funt nigræ ; à fecunda autem ad quartam ufque inclufivè, ab illis fcilicet quæ funt à corpore remotiores, incipiendo, remiges iftæ apice donantur nigro quidem, fed cœruleo colore variante : quatuor fequentes, à quinta fcilicet ad octavam ufque inclufivè, apice quoque donantur nigro, fed colore variante in latere interiore cœruleo, in exteriore violaceo : octo quæ fequuntur, à nona fcilicet ad decimam-fextam ufque inclufivè, oris exterioribus ex nigro-violaceo colore variantibus præditæ funt. Quindecim autem iftæ remiges, à fecunda fcilicet ad decimam-fextam ufque inclufivè, majufculâ infigniuntur maculâ candidâ, in latere interiore mediam versùs longitudinem pofita, quæ macula eò majus fpatium occupat, quò remix fit corpori vicinior. Quatuor infuper remiges, à quinta fcilicet ad octavam ufque inclufivè, in apice interiùs emarginatæ videntur ; iftarumque remigum apicis pinnulæ exteriores extrorfum reflectuntur : octo fequentes, à nona

ſcilicet ad decimam-ſextam uſque incluſivè, ſunt quaſi quadratim abciſſæ. Duodecim rectricibus cauda conſtat : binæ intermediæ ſunt in exortu nigricantes, deinde cinereæ, poſtea caſtaneæ, & tandem albo terminatæ ; qui colores omnes ſenſim atque ſenſim alii aliis confunduntur : rectrices binæ utrinque ſequentes iiſdem coloribus, eodemque ordine in latere exteriore variegantur ; in interiore verò nigræ ſunt, marginibus & apice albis : quarta & quinta nigræ, albo terminatæ, oris exterioribus ad caſtaneum vergentibus : utrinque tandem extima nigra, excepto latere interiore à media circiter longitudine ad apicem uſque albo. Oculorum irides cinereæ. Roſtrum ex cinereo ad carneum colorem vergens. Pedes, unguesque pallidè carneo colore tincti.

depuis la neuviéme juſqu'à la ſeiziéme incluſivement, ſont comme coupées quarrément. La queue eſt compoſée de douze plumes : les deux du milieu ſont noirâtres à leur origine, enſuite elles ſont cendrées, en troiſiéme lieu d'une couleur de marron, & enfin terminées de blanc ; toutes ces couleurs ſe perdent peu à peu les unes dans les autres : les deux plumes qui ſuivent de chaque côté, ſont variées de même & des mêmes couleurs du côté extérieur ; leur côté intérieur eſt noir, bordé & terminé de blanc : les quatriéme & cinquiéme ſont noires, & terminées de blanc, leur bord extérieur tirant ſur le marron : la plus extérieure de chaque côté eſt noire, excepté ſon côté intérieur, qui eſt blanc depuis environ la moitié de ſa longueur juſqu'à ſon bout. L'iris des yeux eſt d'une couleur cendrée. Le bec eſt d'un cendré tirant ſur la couleur de chair. Les pieds & les ongles ſont d'une couleur de chair pâle.

Fœmina à *mare* diſcrepat coloribus, non tantùm minùs vividis, ſed etiam quibuſdam in locis diſſimilibus. Caput ex cinereo ad caſtaneum vergit. Dorſum & ſcapulares pennæ caſtaneo qui-

La *femelle* diffère du *mâle* par ſes couleurs, qui outre qu'elles ne ſont pas ſi vives, ſont différentes en quelques endroits. La tête eſt d'un cendré tirant ſur le marron. Le dos & les plumes ſcapulaires ſont

d'un marron moins foncé que celui du *mâle*. Le croupion est d'un cendré clair. Les couvertures du dessus de la queue sont d'un gris tirant sur le marron. La partie inférieure du col, la poitrine, le haut du ventre & les côtés sont d'un cendré tirant sur le vineux. Les couvertures des aîles sont variées des mêmes couleurs que dans le *mâle*, avec cette différence cependant que ce qui est blanc dans l'un est d'un gris-blanc dans l'autre. Les plumes de l'aîle ressemblent à celles des aîles du *mâle*, si ce n'est que le bord extérieur des moyennes, sçavoir depuis la neuviéme jusqu'à la seiziéme inclusivement, est cendré dans toute la longueur de chaque plume, & celui des cinq premieres est de la même couleur, mais vers le bout des plumes seulement. Les deux plumes du milieu de la queue sont noirâtres à leur origine, ensuite elles sont cendrées, en troisiéme lieu d'un gris tirant sur le marron, & enfin terminées d'un peu de blanc. La suivante de chaque côté est variée de même & des mêmes couleurs du côté extérieur; son côté intérieur est noir & terminé de blanc: la troisiéme, la quatriéme & la cinquiéme sont noires, & terminées ex-

dem tinguntur colore, sed minùs quàm in *mare* saturato. Uropygium dilutè cinereum. Superiores caudæ tectrices ex griseo ad castaneum inclinant. Collum inferius, pectus, venter supremus & latera ex cinereo ad vinaceum vergunt. Tectrices alarum iisdem ac in *mare* coloribus variegantur; in eo tamen differunt, quod quidquid in isto albet, in altera sit cinereo-album. Remiges remigibus *maris* concolores, in eo tantùm dissimiles quod minores, à nona scilicet ad decimam-sextam usque inclusivè, oris exterioribus per totam cujuslibet remigis longitudinem cinereis præditæ sint, dum quinque primores oris donantur exterioribus cinereis quidem, sed tantùm versus remigis apicem. Rectrices binæ intermediæ sunt in exortu nigricantes, deinde cinereæ, postea ex griseo ad castaneum inclinantes, & tandem pauco albo terminatæ: utrinque sequens iisdem coloribus, eodemque ordine in latere exteriore variegatur, in interiore verò nigra, apice albo prædita: tertia, quarta & quinta nigræ, exteriùs cinereo, interiùs autem

tem

tem albo terminatæ; tertiæ insuper ora exterior ex griseo ad castaneum vergit: utrinque tandem extima penitùs nigra, attamen in latere interiore albo terminata. In reliquis cum *mare* convenit. Maximè in *Europa* frequens. *Ex museo Realmuriano.*

térieurement de cendré & intérieurement de blanc; de plus le bord extérieur de la troisiéme est d'un gris tirant sur le marron: enfin la plus extérieure de chaque côté est toute noire; excepté son côté intérieur, qui est terminé de blanc. Le reste est comme dans le *mâle*. Il est très-commun en *Europe*. *Du cabinet de M. de Reaumur.*

** 2. LE GROS-BEC DU CAP DE BONNE ESPÉRANCE.

Voyez Pl. XI. Fig. 1.

Coccothraustes viridi-olivaceo-fusca, gutture, ventreque luteis; tæniâ supra oculos flavâ; rectricibus lateralibus fuscis, oris exterioribus viridi-olivaceo-fuscis . . . . . . COCCOTHRAUSTES CAPITIS BONÆ SPEI.

Crassitie *Montifringillam* circiter æmulatur. Ipsius longitudo à rostri apice ad caudæ extremitatem quinque pollices & novem lineas æquat, & ad extremos ungues quinque tantùm pollices. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos usque septem lineas longum est; cauda duos pollices cum tribus lineis; pes octo cum semi lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue octo lineas: laterales multò sunt breviores; posticus autem lateralium lon-

Il est à peu près de la grosseur du *Pinçon* d'*Ardennes*. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de cinq pouces neuf lignes, & jusqu'à celui des ongles de cinq pouces. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a sept lignes de long; sa queue deux pouces trois lignes; son pied huit lignes & demie; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, huit lignes: les latéraux sont beaucoup plus courts; & celui de derriere est un peu plus long que ces der-

niers. Il a neuf pouces huit lignes de vol; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent un peu au-delà de la moitié de la longueur de la queue. La tête, le col, le dos, le croupion, les plumes scapulaires, les couvertures du dessus des aîles, celles du dessus de la queue, la poitrine, les côtés & les jambes sont d'un verd-d'olive rembruni. La gorge, le ventre & les couvertures du dessous de la queue sont jaunes. Il y a aussi de chaque côté de la tête une bande longitudinale jaune, qui commence à l'origine du bec, & passe par-dessus les yeux. Les plumes de l'aîle sont brunes, & ont leur bord extérieur d'un verd-d'olive rembruni : les moyennes sont de plus bordées de gris vers le bout. La queue est composée de douze plumes : les deux du milieu sont du même verd-d'olive que le dessus du corps : les latérales sont brunes, & ont leur bord extérieur de ce même verd-d'olive. Le bec est d'une couleur de corne. Les pieds & les ongles sont gris-bruns. On le trouve au *Cap de Bonne Espérance*, d'où il a été envoyé à *M. le Comte de Bentinck*, qui en a fait présent à *M. de Reaumur*.

gitudinem nonnihil excedit. Ab extremo ad extremum alarum extensarum distantia est novem pollicum & octo linearum; alæ verò complicatæ paulò ultra mediam caudæ longitudinem extenduntur. Caput, collum, dorsum, uropygium, pectus, latera & crura vestiunt pennæ viridi-olivaceo-fuscæ. Scapulares, quæ alas superne cooperiunt, superioresque caudæ tectrices concolores. Guttur, venter & tectrices caudæ inferiores luteo tinguntur. In utroque capitis latere tænia quoque extat longitudinalis flava, ab exortu rostri orta, & supra oculos ducta. Alarum remiges fuscæ, oris exterioribus viridi-olivaceo-fuscis: minores insuper marginibus griseis versùs apicem præditæ sunt. Cauda duodecim constat rectricibus, quarum binæ intermediæ eodem imbuuntur viridi-olivaceo ac corpus superius tingitur: laterales verò sunt fuscæ, oris exterioribus donatæ viridi-olivaceo-fuscis. Rostrum corneo colore tinctum. Pedes, unguesque griseo-fusci. Habitat in *Capite Bonæ Spei*, unde missa ad *D. Comitem de Bentinck*, qui *D. de Reaumur* dono dedit.

3. LE GROS-BEC JAUNE DU CAP DE BONNE ESPÉRANCE.

Voyez le mâle Pl. XI. Fig. 2.

Coccothraustes superne ex fusco & viridi-olivaceo varia, infernè splendidè lutea; tæniâ supra oculos flavâ; rectricibus saturatè fuscis, oris exterioribus viridi-olivaceis . . . . . COCCOTHRAUSTES LUTEA CAPITIS BONÆ SPEI.

Passerem domesticum crassitie circiter æquat. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam quinque pollices explet, & ad extremos ungues quatuor pollices & decem lineas. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos quatuor cum semi lineas longum est; cauda unum pollicem cum novem lineis; pes octo cum semi lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue octò lineas : laterales paulò sunt breviores; & posticus cum lateralibus longitudine convenit. Alis expansis, extremitates majorum remigum octo pollicum & quatuor linearum intervallo distant; alæ verò complicatæ mediam caudæ longitudinem attingunt. Caput, collum superius & dorsum ex fusco & viridi-olivaceo variegantur, quâlibet scilicet pennâ in medio fuscâ,

Il est à peu près de la grosseur d'un *Moineau franc*. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de cinq pouces, & jusqu'à celui des ongles de quatre pouces dix lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a quatre lignes & demie de long; sa queue un pouce neuf lignes; son pied huit lignes & demie; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, huit lignes : les latéraux sont un peu plus courts; & celui de derriere est de la même longueur que ces derniers. Il a huit pouces quatre lignes de vol; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent jusqu'à la moitié de la longueur de la queue. La tête, le dessus du col & le dos sont variés de brun & de verd-d'olive, chaque plume étant brune dans son milieu, & bordée de verd-d'olive. Les plumes scapulaires & les couvertures du dessus

des aîles sont de la même couleur, mais elles ont beaucoup plus de brun; au contraire le verd-d'olive domine sur le dos, la tête & le col. Le croupion & les couvertures du dessus de la queue sont d'un verd-d'olive & sans mêlange. Tout le dessous du corps, sçavoir la gorge, la partie inférieure du col, la poitrine, le ventre, les côtés, les jambes & les couvertures du dessous de la queue, est d'un jaune vif. Il y a aussi de chaque côté de la tête une bande longitudinale de la même couleur, qui commence à l'origine du bec, & passe par-dessus les yeux. Les plumes de l'aîle sont brunes, & ont leur bord extérieur d'un verd-d'olive. La queue est composée de douze plumes d'un brun plus foncé & presque noirâtre, dont le bord extérieur est du même verd-d'olive. Les plumes du milieu sont un peu plus courtes que les latérales; ce qui rend la queue un peu fourchue. Le bec est d'une couleur de corne. Les pieds & les ongles sont gris-bruns.

marginibus viridi-olivaceis præditâ. Scapulares & superiores alarum tectrices concolores, sed in eis fuscus color majus spatium occupat; è contra verò in capite collo & dorso dominatur viridi-olivaceus color. Uropygium & superiores caudæ tectrices sunt penitùs viridi-olivaceæ. In toto corpore inferiore, gutture scilicet, parte colli inferiore, pectore, ventre, lateribus, cruribus & tectricibus caudæ inferioribus, splendido imbuitur luteo. In utroque capitis latere tænia quoque adest longitudinalis flava, ab exortu rostri orta, & supra oculos protensa. Remiges fuscæ, oris exterioribus viridi-olivaceis præditæ. Caudam componunt duodecim rectrices saturatiùs fuscæ & ferè nigricantes, oris exterioribus eodem viridi-olivaceo tinctis. Rectrices intermediæ lateralibus paululùm longitudine cedunt; unde fit cauda nonnihil bifurca. Rostrum corneo colore tinctum. Pedes, unguesque griseo-fusci.

La *femelle* différe du *mâle* en ce que ses couleurs sont moins vives. On les trouve au *Cap de Bonne Espérance*, d'où ils ont

Fœmina à *mare* discrepat coloribus non ita vividis. Habitant in *Capite Bonæ Spei*, unde in *museum Realmuria-*

num missæ à *D. Abbate de la Caille.*

été envoyés à *M. de Reaumur* par *M. l'Abbé de la Caille.*

** 4. LE GROS-BEC DE CAYENNE.

Voyez Pl. XI. Fig. 3.

Coccothraustes superne viridi-olivacea, infernè flavo-olivacea; rostri basi nigro circumdatâ; gutture nigro; rectricibus viridi-olivaceis . . . . COCCOTHRAUSTES CAYANENSIS.

Crassitie *Passerem domesticum* non multùm antecellit. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam sex pollices & tres lineas æquat, & ad extremos ungues quinque pollices & sex lineas. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos octo lineas longum est; cauda duos pollices cum quinque lineis; pes novem lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue octo lineas: laterales paulò sunt breviores; posticus autem anticorum intimum longitudine æmulatur. Ab extremo ad extremum alarum extensarum distantia est decem pollicum & trium linearum; alæ verò complicatæ caudam extremam, excepto unius pollicis intervallo, pertingunt. Per universum corpus superius, partes scilicet capitis & colli superio-

Il n'est guères plus gros qu'un *Moineau franc.* Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de six pouces trois lignes, & jusqu'à celui des ongles de cinq pouces six lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a huit lignes de long; sa queue deux pouces cinq lignes; son pied neuf lignes; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, huit lignes: les latéraux sont un peu plus courts; & celui de derriere est de la même longueur que l'intérieur de ceux de devant. Il a dix pouces trois lignes de vol; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent jusqu'à un pouce de distance du bout de la queue. Tout le dessus du corps, sçavoir les parties supérieures de la tête & du col, le dos, le croupion, les plumes scapulaires, les couvertures du dessus des aîles & celles du

deſſus de la queue, eſt d'un verd-d'olive. Tout le deſſous du corps, ſçavoir la partie inférieure du col, la poitrine, le ventre, les côtés, les jambes, les couvertures du deſſous des aîles & celles du deſſous de la queue, eſt d'un olive beaucoup plus jaune ou d'un jaune tirant ſur l'olive. La bâſe du bec eſt toute entourée de noir. La gorge eſt de la même couleur. Les plumes de l'aîle ſont de la même couleur que le deſſus du corps du côté extérieur; leur côté intérieur eſt brun; & depuis leur origine juſque vers les deux tiers de leur longueur leurs barbes intérieures ſont terminées d'une couleur de ſoufre. La queue eſt compoſée de douze plumes du même verd-d'olive que celui du deſſus du corps. Le bec eſt cendré. Les pieds & les ongles ſont gris. On le trouve à *Cayenne*, d'où il a été envoyé à *M. de Reaumur* par *M. des Eſſars.*

res, dorſum, uropygium, ſcapulares pennas, alas ſuperne cooperientes, ſuperioreſque caudæ tectrices, viridi-olivaceo tingitur. In toto corpore inferiore, parte ſcilicet colli inferiore, pectore, ventre, lateribus, cruribus, inferioribus alarum tectricibus & pennis caudam ſubtus obtegentibus, olivaceo multò magìs ad flavum vergente ſive potiùs flavo-olivaceo imbuitur. Baſis roſtri nigro circumdatur. Guttur quoque nigrum. Alarum remiges in latere exteriore corpori ſuperiori concolores, in interiore fuſcæ; ab ipſarum inſuper exortu ad duas circiter tertias longitudinis partes uſque pinnulis donantur interioribus, ſulphureo colore terminatis. Caudam componunt duodecim rectrices eodem ac corpus ſuperius viridi-olivaceo tinctæ. Roſtrum cinereum. Pedes, unguesque griſei. Habitat in *Cayana*, unde in *muſeum Realmurianum* miſſa à *D. des Eſſars.*

5. LE GROS-BEC DE GAMBIE.

Coccothrauſtes lutea, virideſcente admixto; capite & collo nigris; rectricibus luteis, virideſcente mixtis . . COCCOTHRAUSTES GAMBEENSIS.

Coccothrauſtes citrea tota, capite nigro. *Klein. Avi. pag.* 94. *N°.* 2.

Gros-bec de Gamboa, *Alb. Tom. III. pag.* 26; *avec une figure mal coloriée Pl.* 62.

Les Anglois l'appellent GROAS-BEAK FROM GAMBIA. *Alb.*

Coccothraustem nostratem crassitie circiter æquat. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam sex pollices & tres circiter lineas explet, & ad extremos ungues sex tantùm pollices. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos usque septem lineas longum est; cauda duos pollices cum tribus lineis; pes decem lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue novem lineas: laterales paulò sunt breviores; & posticus lateralium longitudinem circiter æmulatur. Alæ complicatæ ultra tertiam longitudinis caudæ partem non multùm protenduntur. Caput, & guttur nigra sunt, sicut & colli maxima pars: nigredo autem supra pectus protenditur, & in acumen desinit. Totum reliquum corpus eleganti imbuitur luteo, cui aliquid viridescentis admiscetur. Alarum remiges, sicut & caudæ rectrices, concolores. Oculorum pupilla nigra; ipsorum irides candidæ. Rostrum saturatè cinereum. Pedes, unguesque cinereo-cœrulescentes.

Il est à peu près de la grosseur de *notre Gros-bec*. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est d'environ six pouces trois lignes, & jusqu'à celui des ongles de six pouces. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a sept lignes de long; sa queue deux pouces trois lignes; son pied dix lignes; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, neuf lignes: les latéraux sont un peu plus courts; & celui de derriere est à peu près de la même longueur que ces derniers. Ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, ne s'étendent guères au-delà du tiers de la longueur de la queue. La tête, la gorge & une grande partie du col sont noires: cette couleur descend sur la poitrine, & se termine en pointe. Tout le reste du corps est d'un beau jaune, mêlé d'un peu de verdâtre. Les plumes des aîles & celles de la queue sont de la même couleur. La prunelle de l'œil est noire; & l'iris d'un beau blanc. Le bec est d'un cendré foncé. Les pieds & les ongles sont d'un cendré-bleuâtre. On le trouve dans le

Royaume de *Gambie* sur la côte de *Guinée*.

Habitat in *Gambeensi* Regno, ad *Guineæ* ripam.

** 6. Le Gros-bec des Philippines.

Voyez le mâle Pl. XII. Fig. 1.

Coccothraustes superne fusca, marginibus pennarum in dorso luteis, in uropygio albidis, infernè sordidè albo-flavescens; genis & gutture fuscis; vertice & pectore luteis; rectricibus fuscis, oris exterioribus dilutè rufescentibus. (*Mas*).

Coccothraustes superne fusca, marginibus pennarum rufescentibus, infernè dilutè rufescens; uropygio rufescente; rectricibus fuscis, oris exterioribus dilutè rufescentibus. (*Fœmina*) . . . . Coccothraustes Philippensis.

On l'appelle aux Isles Philippines Toucnam Courvi.

Il est à peu près de la grosseur d'un *Moineau franc*. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de cinq pouces trois lignes, & jusqu'à celui des ongles de cinq pouces six lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a sept lignes de long; sa queue un pouce huit lignes; son pied dix lignes; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, neuf lignes : les latéraux sont un peu plus courts; & celui de derriere est de la même longueur que l'extérieur de ceux de devant. Il a huit pouces quatre lignes de vol; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent jusqu'à la moitié de la lon-

Crassitie *Passerem domesticum* circiter æmulatur. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam quinque pollices & tres lineas æquat, & ad extremos ungues quinque pollices & sex lineas. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos septem lineas longum est; cauda unum pollicem & octo lineas; pes decem lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue novem lineas : laterales paulò sunt breviores; & posticus cum anticorum extimo longitudine convenit. Ab extremo ad extremum alarum extensarum distantia est octo pollicum & quatuor linearum; alæ

alæ verò complicatæ mediam caudæ longitudinem attingunt. Capitis vertex luteus. Collum ſuperius & dorſum ſupremum veſtiunt pennæ in medio fuſcæ, marginibus luteis in tota circumferentia præditæ. Pennæ ſcapulares concolores. Quæ dorſum infimum & uropygium cooperiunt, ſunt pariter in medio fuſcæ, ſed marginibus donantur in tota circumferentia albidis. Genæ fuſcæ. Guttur quoque fuſcum. Collum inferius & pectus lutea. Venter, latera, crura, inferiores caudæ tectrices & pennæ alas ſubtus cooperientes ex ſordidè albo flaveſcunt. Superiores alarum tectrices & pennæ caudam ſuperne tegentes pennis uropygii concolores. Remiges fuſcæ, oris exterioribus majorum dilutè ruſeſcentibus, minorum albidis. Caudam componunt duodecim rectrices fuſcæ, oris exterioribus dilutè ruſeſcentibus præditæ. Roſtrum fuſcum. Pedes flavicantes; ungues verò griſei.

Fœmina coloribus à *mare* differt. Caput, collum ſuperius & dorſum veſtiunt pennæ fuſcæ, marginibus do-

gueur de la queue. Le deſſus de la tête eſt jaune. Les parties ſupérieures du col & du dos ſont couvertes de plumes brunes dans leur milieu & bordées de jaune dans toute leur circonférence. Les plumes ſcapulaires ſont de la même couleur. La partie inférieure du dos & le croupion ſont couverts de plumes pareillement brunes dans leur milieu, mais bordées tout autour de blanchâtre. Les joues & la gorge ſont brunes. La partie inférieure du col & la poitrine ſont jaunes. Le ventre, les côtés, les jambes, les couvertures du deſſous de la queue & celles du deſſous des aîles ſont d'un blanc ſale & jaunâtre. Les couvertures du deſſus des aîles & celles du deſſus de la queue ſont de la même couleur que les plumes du croupion. Les plumes de l'aîle ſont brunes; le bord extérieur des grandes eſt d'un rouſſâtre clair, & celui des moyennes eſt blanchâtre. La queue eſt compoſée de douze plumes brunes, bordées extérieurement de rouſſâtre clair. Le bec eſt brun. Les pieds ſont jaunâtres; & les ongles gris.

La *femelle* différe du *mâle* par ſes couleurs. La tête, le deſſus du col & le dos ſont couverts de plumes brunes, bordées de

rouſſâtre dans toute leur circonférence. Les plumes ſcapulaires & les couvertures du deſſus des aîles ſont de la même couleur ; il faut cependant en excepter les grandes couvertures du deſſus des aîles les plus éloignées du corps, qui ſont tout-à-fait brunes & ſans bordure. Le croupion & les couvertures du deſſus de la queue ſont rouſſâtres. La gorge, la partie inférieure du col, la poitrine, le ventre, les côtés, les jambes, les couvertures du deſſous de la queue & celles du deſſous des aîles ſont d'un rouſſâtre beaucoup plus clair. Les plumes de l'aîle & celles de la queue ſont brunes, & bordées extérieurement de rouſſâtre clair. Le bec eſt d'un gris-jaunâtre. Les pieds ſont jaunâtres ; & les ongles gris.

Ces Oiſeaux font leur nid d'une forme tout-à-fait ſinguliere. Il eſt compoſé de petites fibres de feuilles entrelaſſées les unes dans les autres (*voyez Pl. XVIII. fig.* 1 & 2), & qui forment une eſpece de petit ſac *A E A fig.* 1 & 2, dont l'ouverture *B fig.* 2 eſt placée à un des côtés : à cette ouverture eſt adapté un long canal *C fig.* 1 & 2, compoſé des mêmes fibres de feuilles, tourné vers le bas, & dont l'ouverture eſt

natæ in tota circumferentia rufeſcentibus. Pennæ ſcapulares, ſuperioreſque alarum tectrices concolores, exceptis tamen ſuperioribus alarum tectricibus majoribus à corpore remotioribus penitùs fuſcis, & marginibus rufeſcentibus deſtitutis. Uropygium & ſuperiores caudæ tectrices rufeſcentes. Guttur, pars colli inferior, pectus, venter, latera, crura, inferiores caudæ tectrices & pennæ alas ſubtus obtegentes multò dilutiùs rufeſcunt. Alarum remiges & caudæ rectrices fuſcæ, oris exterioribus dilutè rufeſcentibus præditæ. Roſtrum griſeo-flavicans. Pedes flavicantes ; ungues verò griſei.

Maximè ſingularis figuræ nidum conſtruunt hujus ſpeciei Aves. Nidus autem conflatur foliorum fibrillis, aliæ in alias intertextis (*vide Tab. XVIII. Fig.* 1 & 2), & quodammodo efficientibus ſacculum *A E A Fig.* 1 & 2, ad unum latus apertum *B Fig.* 2, cujus aperturæ adaptatur tubulus longus *C Fig.* 1 & 2, iiſdem foliorum fibrillis conflatus, deorſum reflexus, & in parte infima apertus *D*

Fig. 1; ita ut nidi foramen *B Fig.* 2 nullo modo sit conspicuum. Nidi autem isti in ipsorum superiore parte *E Fig.* 1 & 2 ramulorum arborum summitatibus alligantur.

Habitant in *Philippensibus Insulis*, unde in *museum D. Aubry* missæ sunt.

en-dessous *D fig.* 1; de façon que la vraye entrée du nid *B fig.* 2 ne paroît point du tout. Ces nids sont attachés par leur partie supérieure *E fig.* 1 & 2 au bout des petites branches des arbres.

On les trouve aux *Isles Philippines*, d'où ils ont été envoyés à *M. l'Abbé Aubry*, qui les conserve dans son *cabinet*.

7. LE GROS-BEC DE LA CHINE.

Coccothraustes castanea, capite & collo inferiore nigris, rectricibus castaneis. (*Mas*).

Coccothraustes superne cinereo-fusca, infernè sordidè alba, ad roseum colorem inclinans; tectricibus caudæ superioribus albis; rectricibus nigricantibus . . . . COCCOTHRAUSTES SINENSIS.

Passer fuscus, capite nigro. *Klein. Avi. pag.* 90. *N°.* 19.

Moineau de la Chine. *Edwards. Tom. I. pag. XLIII; avec des figures exactes du mâle & de la femelle Pl.* 43.

Crassitie præcedentem æmulatur. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam quatuor pollices & octo circiter lineas æquat, & ad extremos ungues quatuor pollices & sex lineas. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos sex lineas longum est; cauda unum pollicem cum septem lineis; pes septem lineas; & trium digitorum anticorum medius

Il est de la même grosseur que le précédent. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est d'environ quatre pouces huit lignes, & jusqu'à celui des ongles de quatre pouces six lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a six lignes de long; sa queue un pouce sept lignes; son pied sept lignes; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle,

ſix lignes & demie : les latéraux ſont un peu plus courts ; & celui de derriere eſt de la même longueur que l'extérieur de ceux de devant. Ses aîles, lorſqu'elles ſont pliées, s'étendent environ au tiers de la longueur de la queue. La tête, la gorge & la partie inférieure du col ſont noires. Tout le reſte du corps, ſçavoir le deſſus du col, le dos, les plumes ſcapulaires, le croupion, la poitrine, le ventre, les côtés, les jambes, les couvertures du deſſus & du deſſous de la queue, & celles du deſſus & du deſſous des aîles, eſt d'un beau marron. Les plumes de l'aîle & celles de la queue ſont de la même couleur. Les yeux ſont d'une couleur ſombre. Le bec, les pieds & les ongles ſont cendrés.

Celui qu'*Edwards* penſe être la *femelle*, eſt de la même grandeur & de la même groſſeur que celui que je viens de décrire; mais il en différe beaucoup par ſes couleurs. Les parties ſupérieures de la tête & du col, le dos, le croupion, les plumes ſcapulaires & les couvertures du deſſus des aîles ſont d'un cendré-brun. Les côtés de la tête, la gorge, la partie inférieure du col, la poitrine, le ventre, les côtés, les jambes

cum ungue ſex cum ſemi lineas : laterales paulò ſunt breviores ; poſticus autem cum anticorum extimo longitudine convenit. Alæ complicatæ ad tertiam circiter longitudinis caudæ partem uſque protenduntur. Caput, guttur & collum inferius pennis veſtiuntur nigris. In toto reliquo corpore, ſuperiore ſcilicet colli parte, dorſo, ſcapularibus pennis, uropygio, pectore, ventre, lateribus, cruribus, tectricibus caudæ ſuperioribus & inferioribus, & pennis alas ſuperne & infernè cooperientibus, eleganti caſtaneo tingitur. Alarum remiges & caudæ rectrices concolores. Oculi obſcuro imbuuntur colore. Roſtrum, pedes, unguesque cinerei.

Iſta quam *Edwardus* hujus ſpeciei *Fœminam* putat, magnitudine & craſſitie modò deſcriptam æmulatur ; ab iſta autem coloribus non parùm diſcrepat. Superiores capitis & colli partes, dorſum, uropygium, ſcapulares pennæ, alarumque ſuperiores tectrices ſunt cinereo-fuſcæ. Caput ad latera, guttur, collum inferius, pectus, venter, latera, crura & tectrices caudæ inferiores ex

sordidè albo ad roseum colorem nonnihil inclinant. Superiores caudæ tectrices albent. Remiges majores nigricant : minores sunt dorso concolores. Rectrices nigricantes. Oculi obscuro colore imbuti. Rostrum cinereum. Pedes carneo colore tincti. Habitant in *Sina*.

& les couvertures du dessous de la queue sont d'un blanc sale, tirant un peu sur la couleur de rose. Les couvertures du dessus de la queue sont blanches. Les grandes plumes de l'aîle sont noirâtres : les moyennes sont de la même couleur que le dos. Celles de la queue sont noirâtres. Les yeux sont d'une couleur sombre. Le bec est cendré. Les pieds sont de couleur de chair. On les trouve à *la Chine*.

** 8. LE GROS-BEC DE JAVA.

Voyez le mâle Pl. XIII. Fig. 1.

Coccothraustes superne dilutè castanea, infernè alba; capite, collo & medio ventre nigris; rectricibus castaneo-purpureis, lateralibus interiùs fuscis . . . . COCCOTHRAUSTES JAVENSIS.

Passer Sinensis, rostro cœruleo. *Klein. Avi. pag.* 88. *N°.* 5.
Moineau de la Chine (*Mâle*). *Alb. Tom. II. pag.* 34; *avec une figure passable Pl.* 53.
Les Anglois l'appellent CHINESE SPARROW. *Alb.*

Passeri campestri nonnihil crassitie cedit. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam quatuor pollices & tres lineas explet, & ad extremos ungues quatuor pollices & totidem lineas. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos quinque cum semi lineas longum est; cauda sexdecim lineas; pes sep-

Il est un peu plus petit que le *Moineau de campagne* ou *Friquet*. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de quatre pouces trois lignes, & jusqu'à celui des ongles de quatre pouces quatre lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a cinq lignes & demie de long; sa queue seize lignes; son pied

ſept lignes; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, huit lignes : les latéraux ſont beaucoup plus courts; & celui de derriere eſt un peu plus long que ces derniers. Il a ſept pouces de vol; & ſes aîles, lorſqu'elles ſont pliées, s'étendent preſque juſqu'à la moitié de la longueur de la queue. La tête, la gorge, le col, le milieu du ventre, les jambes & les couvertures du deſſous de la queue ſont d'un beau noir. La poitrine & les côtés, ainſi que ceux du ventre, ſont blancs. Les couvertures du deſſous des aîles ſont de la même couleur. Le dos, le croupion, les plumes ſcapulaires & les couvertures du deſſus des aîles ſont d'un marron clair. Les couvertures du deſſus de la queue ſont d'un marron tirant ſur le pourpre. Les plumes de l'aîle ſont de la même couleur que le dos du côté extérieur, & brunes du côté intérieur. La queue eſt compoſée de douze plumes, dont les deux du milieu ſont d'un marron tirant ſur le pourpre : les latérales ſont de la même couleur du côté extérieur, & leur côté intérieur eſt brun. Le bec eſt d'un cendré-bleu. Les pieds & les ongles ſont bruns.

La *femelle* diffère du *mâle* en

tem lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue octo lineas : laterales multò ſunt breviores; poſticus autem laterales nonnihil longitudine ſuperat. Alis expanſis, extremitates majorum remigum ſeptem pollicum intervallo diſtant; alæ verò complicatæ mediam ferè longitudinem caudæ pertingunt. Caput, guttur, collum, medius venter & crura pennis veſtiuntur nigris. Inferiores caudæ tectrices concolores. Pectus, latera, venterque, ſed ad latera tantùm, & tectrices alarum inferiores albent. Dorſum, uropygium, pennæ ſcapulares, alarumque ſuperiores tectrices caſtaneo tinguntur diluto. Pennæ caudam ſuperne tegentes ex caſtaneo ad purpureum vergunt. Alarum remiges ſunt in latere exteriore dorſo concolores, in interiore fuſcæ. Cauda duodecim conſtat rectricibus, quarum binæ intermediæ caſtaneo-purpureæ : laterales in latere exteriore concolores, in interiore fuſcæ. Roſtrum cinereo-cœruleum. Pedes, unguesque fuſci.

Fœmina à *mare* diſcrepat

cruribus dilutè castaneis, necnon colore caudæ non ita vivido, nec ita splendente.

Habitant in *Java Insula* circa *Bataviam*, unde in *museum Realmurianum* allatæ à *D. Godeheu de Riville.*

ce qu'elle a les jambes d'un marron clair, & que la couleur de sa queue n'est pas aussi vive ni aussi brillante.

On les trouve dans l'*Isle de Java* aux environs de *Batavia*, d'où ils ont été apportés à *M. de Reaumur* par *M. Godeheu de Riville.*

** 9. Le Gros-bec tacheté de Java.

Voyez Pl. XIII. Fig. 2.

Coccothraustes superne fusco-rufescens, infernè alba; pectore & lateribus nigro variis; capite anteriore & collo inferiore castaneis; rectricibus fusco-rufescentibus . . . .
Coccothraustes Javensis nævia.

Passer Sinensis ferrugineus. *Klein. Avi. pag.* 89. *N°.* 6.
Passer varius maculatus. *Klein. Avi. pag.* 90. *N°.* 18.
Moineau appellé Coury. *Edwards. Tom. I. pag. XL; avec une figure passable Pl.* 40.
Moineau de la Chine (*femelle*). *Alb. Tom. II. pag.* 34; *avec une figure mal coloriée Pl.* 53.
Les Anglois l'appellent Chinese Sparrow. *Alb.*

Præcedentem crassitie circiter æquat. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam quatuor pollices & tres lineas explet, & ad extremos ungues quatuor tantùm pollices. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos quinque lineas longum est; cauda unum pollicem & septem lineas; pes sex cum semi lineas; & trium digitorum anticorum medius

Il est à peu près de la grosseur du précédent. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de quatre pouces trois lignes, & jusqu'à celui des ongles de quatre pouces seulement. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a cinq lignes de long; sa queue un pouce sept lignes; son pied six lignes & demie; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle,

huit lignes : les latéraux sont beaucoup plus courts ; & celui de derriere est un peu plus long que ces derniers. Il a six pouces six lignes de vol ; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent à environ un tiers de la longueur de la queue. La partie antérieure de la tête ou le sincyput, les joues, la gorge & la partie inférieure du col sont d'un marron plus foncé sous la gorge que par-tout ailleurs. La partie postérieure de la tête, la partie supérieure du col, le dos, les plumes scapulaires & les couvertures du dessus des aîles sont d'un brun tirant sur le roux. Le croupion est couvert de plumes brunes, terminées de blanc sale. Les couvertures du dessus de la queue sont rousses. La poitrine & les côtés, ainsi que ceux du ventre, sont joliment variés de noir & de blanc. Les jambes sont de la même couleur. Le milieu du ventre est blanc, ainsi que les couvertures du dessous de la queue. Les plumes de l'aîle sont de la même couleur que le dos du côté extérieur, & leur côté intérieur est brun. La queue est composée de douze plumes d'un brun tirant sur le roux. Le bec, les pieds & les ongles sont d'une couleur de plomb. On le trouve dans l'*Isle*

cum ungue octo lineas : laterales multò sunt breviores ; & posticus lateralium longitudinem nonnihil excedit. Ab extremo ad extremum alarum extensarum distantia est sex pollicum & totidem linearum ; alæ verò complicatæ ad tertiam circiter longitudinis caudæ partem extenduntur. Capitis anteriorem partem sive syncipут, genas, guttur & partem colli inferiorem vestiunt pennæ castaneæ, sed in gutture saturatiores quàm in reliquis prædictis partibus. Capitis posterior pars, collum superius, dorsum, pennæ scapulares & superiores alarum tectrices ex *fusco* rufescunt. Uropygium pennis vestitur fuscis, sordidè albo terminatis. Quæ caudam superne cooperiunt, sunt rufæ. Pectus, latera, venterque, sed ad latera tantùm, & crura ex albo & nigro eleganter variegantur. Medius venter & tectrices caudæ inferiores albent. Alarum remiges sunt in latere exteriore dorso concolores, in interiore fuscæ. Cauda duodecim constat rectricibus fusco-rufescentibus. Rostrum, pedes, unguesque plumbeo colore tincti. Habitat

bitat in *Java Insula* circa *Bataviam*, unde in *museum Realmurianum* allata à *D. Godeheu de Riville*.

de java aux environs de *Batavia*, d'où il a été apporté à *M. de Reaumur* par *M. Godeheu de Riville*.

** 10. Le Gros-bec des Moluques.

Voyez Pl. XIII. Fig. 3.

Coccothraustes superne dilutè fusca, infernè nigro & sordidè albo transversim striata; capite anteriore, collo inferiore, rectricibusque nigris . . . . Coccothraustes Moluccensis.

Crassitie *Passeri campestri* multò cedit. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremàm quatuor pollices æquat, & ad extremos ungues tres pollices & novem lineas. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos usque quatuor cum semi lineas longum est; cauda unum pollicem cum quinque lineis; pes sex lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue septem lineas: laterales multò sunt breviores; & posticus laterales nonnihil longitudine superat. Ab extremo ad extremum alarum extensarum distantia est sex pollicum & quatuor linearum; alæ verò complicatæ ultra tertiam longitudinis caudæ partem non multùm proten-

Il est beaucoup plus petit que le *Moineau de campagne* ou *Friquet*. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de quatre pouces; & jusqu'à celui des ongles de trois pouces neuf lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a quatre lignes & demie de long; sa queue un pouce cinq lignes; son pied six lignes; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, sept lignes: les latéraux sont beaucoup plus courts; & celui de derriere est un peu plus long que ces derniers. Il a six pouces quatre lignes de vol; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, ne s'étendent guères au-delà du tiers de là longueur de la queue. La partie antérieure de la tête, les joues, la gorge & la partie

inférieure du col sont noires. La partie postérieure de la tête ou l'occiput, la partie supérieure du col, le dos, les plumes scapulaires & les couvertures du dessus des aîles sont d'un brun clair. Le croupion, la poitrine, le ventre, les jambes & les côtés sont joliment variés de noir & de blanc sale, chaque plume étant rayée transversalement de ces deux couleurs. Les couvertures du dessous de la queue sont de la même couleur. Celles du dessus sont noires. Les plumes de l'aîle sont d'un brun foncé. La queue est composée de douze plumes noires, dont les deux du milieu sont les plus longues; & les latérales vont toujours en diminuant de longueur par degrés jusqu'à la plus extérieure de chaque côté, qui est la plus courte. Le demi-bec supérieur est noirâtre, & l'inférieur est gris. Les pieds & les ongles sont bruns. On le trouve aux *Isles Moluques*, d'où il a été envoyé à *M. le Comte de Bentinck*, qui en a fait présent à *M. de Reaumur*.

duntur. Anteriorem capitis partem, genas, guttur & collum inferius vestiunt pennæ nigræ. Quæ capitis posteriorem partem sive occipitium, collum superius & dorsum cooperiunt, sunt dilutè fuscæ. Scapulares, alarumque superiores tectrices concolores. Uropygium, pectus, venter, latera, crura & tectrices caudæ inferiores ex nigro & sordidè albo eleganter variegantur, quâlibet scilicet pennâ duobus istis coloribus transversim striatâ. Superiores caudæ tectrices nigræ. Alarum remiges saturatè fuscæ. Cauda duodecim conflatur rectricibus nigris, quarum binæ intermediæ cæteris sunt longiores; laterales verò gradatim longitudine minuuntur ad utrinque extimam usque breviorem. Mandibula superior nigricans, inferior grisea. Pedes, unguesque fusci. Habitat in *Moluccis Insulis*, unde missa ad *D. Comitem de Bentinck*, qui *D. de Reaumur* dono dedit.

11. LE GROS-BEC DE L'ISLE DE BOURBON.

Voyez Pl. XIII. Fig. 4.

Coccothraustes superne fusca, scapis pennarum fusco-rufescentibus, infernè alba; gutture & collo inferiore nigricantibus; rectricibus fusco-nigricantibus . . . . COCCOTHRAUSTES BORBONICA.

On l'appelle à l'Isle de Bourbon JACOBIN.

Crassitie *Regulum* non multùm antecellit. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam tres pollices & octo lineas explet, & ad extremos ungues tres pollices & quinque lineas. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos quinque lineas longum est; cauda sexdecim lineas; pes quinque cum semi lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue sex lineas: laterales multò sunt breviores; & posticus lateralium longitudinem nonnihil excedit. Alis expansis, extremitates majorum remigum quinque pollicum & decem linearum intervallo distant; alæ verò complicatæ mediam caudæ longitudinem non attingunt. Caput, partem colli superiorem & dorsum vestiunt pennæ fuscæ, scapis fusco-rufescentibus præditæ. Scapula-

Il n'est guères plus gros qu'un *Roitelet.* Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de trois pouces huit lignes, & jusqu'à celui des ongles de trois pouces cinq lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a cinq lignes de long; sa queue seize lignes; son pied cinq lignes & demie; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, six lignes: les latéraux sont beaucoup plus courts; & celui de derriere est un peu plus long que ces derniers. Il a cinq pouces dix lignes de vol; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, ne s'étendent pas tout-à-fait jusqu'à la moitié de la longueur de la queue. La tête, le dessus du col & le dos sont couverts de plumes brunes, dont la tige est d'un brun-roussâtre. Les plumes scapulaires, les couvertures du dessus des aîles & celles du

dessus de la queue sont de la même couleur, ayant aussi leur tige d'un brun-roussâtre. Le brun est plus foncé & même noirâtre au synciput & tout autour de la bâse du bec. La gorge & la partie inférieure du col sont noirâtres. La poitrine, le ventre, les côtés & le croupion sont blancs. Les couvertures du dessous des aîles sont d'un blanc-roussâtre : celles du dessous de la queue & les jambes sont brunes. Les plumes de l'aîle sont d'un brun foncé, & ont depuis leur origine jusque vers les deux tiers de leur longueur leurs barbes intérieures terminées de blanc-roussâtre. La queue est composée de douze plumes d'un brun-noirâtre. Les latérales sont un peu plus courtes que celles du milieu. Le demi-bec supérieur est noirâtre, & l'inférieur est gris. Les pieds & les ongles sont noirâtres. On le trouve à l'*Isle de Bourbon*, d'où il a été envoyé à *M. de Reaumur* par *M. de Lanux*.

res, quæ alas superne cooperiunt, superioresque caudæ tectrices concolores, scapis pennarum similiter fusco-rufescentibus. Fuscus autem color in syncipite & circa basin rostri fit saturatior & ferè nigricat. Guttur & collum inferius nigricant. Pectus, venter, latera & uropygium albent. Pennæ alas subtus cooperientes ex albo-rufescunt. Inferiores caudæ tectrices, sicut & crura, fuscæ sunt. Remiges saturatè fuscæ, & ab ipsarum exortu ad duas circiter tertias longitudinis partes usque pinnulis donantur interioribus albo-rufescente terminatis. Duodecim rectricibus fusco-nigricantibus cauda conflatur. Laterales intermediis paululùm longitudine cedunt. Mandibula superior nigricans, inferior grisea. Pedes, unguesque nigricantes. Habitat in *Borbonica Insula*, unde in *museum Realmurianum* missa à *D. de Lanux*.

** 12. Le Gros-bec cendré de la Chine.

Voyez le mâle Pl. XI. Fig. 4.

Coccothraustes cinerea; capite & gutture nigris; (maculâ utrinque in genis candidâ *mas*); ventre pallidè roseo; rectricibus nigris . . . . Coccothraustes Sinensis cinerea.

Coccothraustes cœrulescens. *Klein. Avi. pag. 96. N°. 12.*

Gros-bec de la Chine ou Oiseau de Riz, appellé Padda. *Edwards. Tom. I. pag. XLI & XLII; avec d'assez bonnes figures, du mâle Pl. 41, & de la femelle Pl. 42.*

Les Chinois l'appellent PADDA. *Edwards.*

Passerem domesticum crassitie circiter æquat. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam quinque pollices explet, & ad extremos ungues quatuor pollices & decem lineas. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos septem lineas longum est; cauda unum pollicem & novem lineas; pes octo lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue novem lineas: laterales multò sunt breviores; & posticus laterales longitudine paululùm antecellit. Alis expansis, extremitates majorum remigum octo pollicum & sex linearum intervallo distant; alæ verò complicatæ mediam caudæ longitudinem non attingunt. Caput & guttur nigra sunt; attamen in utraque gena majuscula extat macula ovata candida. Collum, pectus & dorsum vestiunt pennæ cinereæ. Scapulares & tectrices alarum superiores concolores. Uropygium & pennæ caudam superne tegentes dilutiùs cinereæ. Venter, la-

Il est à peu près de la grosseur du *Moineau franc*. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de cinq pouces, & jusqu'à celui des ongles de quatre pouces dix lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a sept lignes de long; sa queue un pouce neuf lignes; son pied huit lignes; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, neuf lignes: les latéraux sont beaucoup plus courts; & celui de derriere est un peu plus long que ces derniers. Il a huit pouces six lignes de vol; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, ne s'étendent pas tout-à-fait jusqu'à la moitié de la longueur de la queue. La tête & la gorge sont noires; mais il y a sur chaque joue une grande tache ovale blanche. Le col, la poitrine & le dos sont cendrés. Les plumes scapulaires & les couvertures du dessus des aîles sont de la même couleur. Le croupion & les couvertures du dessus de la queue sont d'un cendré plus clair. Le ventre, les côtés, les jambes & les couvertures du dessous de la

queue sont d'une couleur de rose pâle. Les plumes de l'aîle sont d'un cendré plus foncé que celui du dos. La queue est composée de douze plumes noires. Le bec & le tour des yeux sont d'un très-beau rouge. Les pieds sont d'un rouge pâle; & les ongles blanchâtres.

tera, crura & inferiores caudæ tectrices pallidè roseo colore tinguntur. Remiges, dorsi instar, cinereæ, sed saturatiùs. Caudam componunt duodecim rectrices nigræ. Rostrum coccineum. Oculorum ambitus quoque coccineus. Pedes pallidè rubri; ungues verò candicantes.

La *femelle* différe du *mâle*, en ce que le rouge du bec & du tour des yeux est beaucoup moins vif, qu'elle n'a point de taches blanches aux joues, qu'elle a un peu de blanc sur le bord de l'aîle, & que le bas-ventre est blanc, ainsi que les couvertures du dessous de la queue.

Fœmina à *mare* differt rostrò & oculorum ambitu multò minùs splendidè rubris, genis maculâ candidâ destitutis, marginibus alarum pauco albo insignitis, & imo ventre, inferioribusque caudæ tectricibus albis.

On les trouve à *la Chine*, & dans l'*Isle de Java*, d'où ils ont été envoyés à *M. de Reaumur* par *M. Charmentier*.

Habitant in *Sina* & *Java Insula*, unde in *museum Realmurianum* missæ à *D. Charmentier*.

13. Le Gros-bec du Brésil.

Coccothraustes superne grisea, maculis nigris variegata, infernè alba; capite & collo inferiore sanguineis; remigibus, rectricibusque nigris, oris exterioribus remigum albis.... Coccothraustes Brasiliensis.

Rubicilla Americana. *Raj. Syn. Avi. pag.* 86.
Rubicilla Americana, Guira tirica Brasiliensibus dicta Marcgravii. *Willugh. Ornith. pag.* 180.
Guira tirica Brasiliensibus. *Marcgr. Hist. Br. pag.* 211. *Jonst. Avi. pag.* 144.
Les Brasiliens l'appellent Guira tirica. *Marcgr. Jonst. Willugh. Raj.*

Magnitudine *Alaudam* æmulatur. Totum caput, guttur & colli pars inferior egregiè sanguinei sunt coloris. Collum superius vestiunt pennæ nigricantes, quibus paucæ albæ admixtæ sunt. Dorsum, uropygium, tectrices caudæ superiores & scapulares pennæ sunt griseæ, inspersis quibusdam maculis nigris. Collum ad latera, pectus, venter, latera, crura & tectrices caudæ inferiores albent. Superiores alarum tectrices dorso concolores. Remiges nigræ, oris exterioribus albis præditæ. Cauda, quæ tres circiter pollices longa, rectricibus conflatur nigris. Oculi cœrulescunt. Aurium foramina ampla. Mandibula superior fusca, inferior ex albo ad incarnatum colorem inclinans. Pedes cinerei. Habitat in *Brasilia.*

Il est de la grandeur d'une *Alouette.* Toute la tête, la gorge & le dessous du col sont d'un beau rouge de sang. La partie supérieure du col est couverte de plumes noirâtres, mêlées de quelques petites plumes blanches. Le dos, le croupion, les couvertures du dessus de la queue & les plumes scapulaires sont d'un gris parsemé de quelques taches noires. Les côtés du col, la poitrine, le ventre, les couvertures du dessous de la queue, les jambes & les côtés sont blancs. Les couvertures du dessus des aîles sont de la même couleur que le dos. Les plumes de l'aîle sont noires, & bordées extérieurement de blanc. La queue a environ trois pouces de long, & est composée de plumes noires. Les yeux sont bleuâtres. L'ouverture des oreilles est très-grande. Le demi-bec supérieur est brun, & l'inférieur est d'un blanc tirant sur la couleur de chair. Les pieds sont cendrés. On le trouve au *Brésil.*

** 14. Le Gros-bec de la Louisiane.

Voyez Pl. XII. Fig. 2.

Coccothraustes superne nigra, infernè alba; pectore dilutè purpureo; uropygio candido; rectricibus nigris, tribus extimis in exortu & ultimâ medietate interiùs albis . . . . . Coccothraustes Ludoviciana.

Il est un peu plus gros que le *Pinçon d'Ardennes*. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de six pouces dix lignes, & jusqu'à celui des ongles de cinq pouces dix lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a sept lignes de long; sa queue deux pouces neuf lignes; son pied dix lignes; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, neuf lignes: les latéraux sont un peu plus courts: & celui de derriere est de la même longueur que l'intérieur de ceux de devant. Il a onze pouces trois lignes de vol; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent un peu au-delà de la moitié de la longueur de la queue. La tête, la gorge, le col & le dos sont noirs. Les plumes scapulaires sont de la même couleur. La poitrine & les couvertures du dessous des aîles sont d'un pourpre clair. Le ventre, les côtés, les jambes, le croupion & les couvertures du dessus & du dessous de la queue sont d'un beau blanc, varié au ventre seulement de quelques taches pourpres. Les petites couvertures du dessus des aîles sont noires: les grandes les plus éloignées du corps sont de la même couleur, & quelques-

Crassitie *Montifringillam* paululùm antecellit. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam sex pollices & decem lineas æquat; & ad extremos ungues quinque pollices cum decem lineis. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos usque septem lineas longum est; cauda duos pollices & novem lineas; pes decem lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue novem lineas: laterales paulò sunt breviores; posticus autem anticorum intimum longitudine æmulatur. Alis expansis, extremitates majorum remigum undecim pollicum & trium linearum intervallo distant; alæ verò complicatæ nonnihil ultra mediam caudæ longitudinem extenduntur. Caput, guttur, collum & dorsum nigra sunt. Pennæ scapulares concolores. Pectus & tectrices alarum inferiores dilutè purpureæ. Venter, latera, crura, uropygium & tectrices caudæ superiores & inferiores albent; venter autem maculis quibusdam purpureis variegatur. Superiores alarum tectrices minores nigræ: majores à corpore remotiores concolores,

quibusdam

quibusdam tamen exiguâ maculâ candidâ terminatis : majores corpori finitimæ albæ, exiguis quibusdam maculis nigris versùs apicem variæ. Alarum remiges majores ab ipsarum exortu ad mediam circiter longitudinem usque candidæ, scapis nigris prææditæ, in altera medietate penitùs nigræ : minores similiter nigræ; quælibet tamen, duabus corpori vicinioribus exceptis, exiguâ insignitur maculâ candidâ, versùs apicem in latere exteriore positâ. Caudam componunt duodecim rectrices nigræ : attamen tres utrinque extimæ in exortu & ab ipsarum media longitudine ad apicem usque albent, sed in latere interiore tantùm : binæ sequentes interiùs quoque pauco albo terminantur. Rostrum, pedes, unguesque griseo-fusci. Habitat in *Ludovicia*, unde in *musæum Realmurianum* missa à *D. Comite de la Galissonniere*.

tudo à rostri apice ad caudæ extremitatem quinque pollices & octo circiter lineas æquat, & ad extremos ungues quinque pollices & quatuor lineas. Rostrum ab ipsius unco ad oris angulos quinque lineas longum est; cauda duos pollices cum linea una; pes novem lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue octo cum semi lineas: laterales multò sunt breviores; & posticus cum anticorum intimo longitudine convenit. Alæ complicatæ duas tertias longitudinis caudæ partes attingunt. Per universum corpus obscuro imbuitur violaceo, attamen in ventre albet. Superiores alarum tectrices sunt quoque obscurè violaceæ, & aliquid fusci admixtum habent. Remiges in latere exteriore & apice obscurè violaceæ, in latere interiore fuscæ. Cauda duodecim conflatur rectricibus ab ipsarum exortu mediam versùs longitudinem usque obscurè violaceis, à medietate ad apicem fuscis. Rectrices intermediæ lateralibus paululùm longitudine cedunt; unde fit cauda bifurca.

Fœmina à *mare* colore dis-

depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est d'environ cinq pouces huit lignes, & jusqu'à celui des ongles de cinq pouces quatre lignes. Son bec depuis son crochet jusqu'aux coins de la bouche a cinq lignes de long; sa queue deux pouces une ligne; son pied neuf lignes; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, huit lignes & demie: les latéraux sont beaucoup plus courts; & celui de derriere est de la même longueur que l'intérieur de ceux de devant. Ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent jusqu'aux deux tiers de la longueur de la queue. Il est par tout le corps d'un violet obscur, excepté le ventre, qui est blanc. Les couvertures du dessus des aîles sont d'un violet obscur, mêlé d'un peu de brun. Les plumes de l'aîle sont d'un violet obscur du côté extérieur & à leur bout, & brunes du côté intérieur. La queue est composée de douze plumes d'un violet obscur depuis leur origine jusque vers la moitié de leur longueur, & brunes dans l'autre moitié. Celles du milieu sont un peu plus courtes que les latérales; ce qui rend la queue fourchue.

La *femelle* différe du *mâle* par

sa couleur. Elle est brune par tout le corps; & sa poitrine est tachetée de blanc.

On les trouve à *la Caroline*, où ils arrivent ordinairement au mois de Novembre.

crepat. In toto corpore fusca est; pectus tamen albis maculis variegatur.

Habitant in *Carolina*, in quam circa mensem Novembrem transeunt.

9. Le Bouvreuil violet de Bahama.

Pyrrhula saturatè violacea (*mas*) fusca (*fœmina*); tæniâ supra oculos, gutture & tectricibus caudæ inferioribus rubris . . . . Pyrrhula Bahamensis violacea.

Coccothraustes purpurea. *Klein. Avi. pag.* [illegible] *N°.* 9.
Gros-bec violet. *Catesb. Tom. I. pag.* 40. *avec une figure exacte du mâle Pl.* 40.
Les Anglois l'appellent Purple Gros-beak. *Catesb.*

Il est à peu près de la grosseur du *Moineau franc*. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est d'environ cinq pouces dix lignes, & jusqu'à celui des ongles de cinq pouces cinq lignes. Son bec depuis son crochet jusqu'aux coins de la bouche a cinq lignes & demie de long; sa queue deux pouces six lignes; son pied onze lignes & demie; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, neuf lignes : les latéraux sont beaucoup plus courts; & celui de derriere est de la même longueur que l'intérieur de ceux de devant. Ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent un peu au-delà de la moitié de la longueur de la

Cum *Passere domestico* crassitie circiter convenit. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam quinque pollices & decem circiter lineas æquat, & ad extremos ungues quinque pollices & totidem lineas. Rostrum ab ipsius unco ad oris angulos quinque cum semi lineas longum est; cauda duos pollices & sex lineas; pes undecim cum semi lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue novem lineas : laterales multò sunt breviores; posticus autem anticorum intimum longitudine æmulatur. Alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudæ longitudinem extenduntur. In uni-

verso corpore pennis vestitur saturatè violaceis, exceptis tamen gutture & tectricibus caudæ inferioribus rubris. In utroque capitis latere tænia extat longitudinalis concolor, supra oculos posita. Alarum remiges & caudæ rectrices eodem saturatè violaceo imbuuntur colore ac corpus ipsum tingitur. Rostrum, pedes, unguesque grisei.

queue. Tout son corps est couvert de plumes d'un violet foncé : il faut cependant excepter la gorge & les couvertures du dessous de la queue, qui sont rouges. Il y a de chaque côté de la tête une bande longitudinale de la même couleur, placée au-dessus des yeux. Les plumes des aîles & celles de la queue sont du même violet foncé que le corps. Le bec, les pieds & les ongles sont gris.

Fœmina à *mare* colore differt. Per universum enim corpus fusca est; maculis tamen rubris, sicut *mas*, insignitur.

La *femelle* différe du *mâle* par sa couleur. Elle est brune par tout le corps, excepté les taches rouges, qu'elle a aux mêmes endroits que le *mâle*.

Habitant in *Bahamensibus Insulis*.

On les trouve dans les *Isles de Bahama*.

10. Le Bouvreuil hupé d'Amérique.

Pyrrhula cristata, superne coccinea, infernè cyanea; maculâ in collo inferiore & cristâ nigris; remigibus, rectricibusque coccineis . . . . Pyrrhula Americana cristata.

Coccothraustes, Phœnicuri species. *Klein. Avi. pag.* 95. *N°.* 10.
Avis Americana, Rubicilla, seu Phœnicuri species. *Seb. Vol. I. pag.* 160. *hujus icon minimè accurata Tab. CII. fig.* 3.

Crassitie *Pyrrhulam nostratem* multùm superat. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudæ extremitatem & extremos ungues quinque pollices & decem circiter lineas explet. Rostrum ab ipsius unco ad oris angulos

Il est beaucoup plus gros que *notre Bouvreuil*. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue & celui des ongles est d'environ cinq pouces dix lignes. Son bec depuis son crochet jusqu'aux coins de la bouche a

ſix lignes de long; ſa queue un pouce ſept lignes; ſon pied huit lignes & demie; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, ſept lignes : les latéraux ſont beaucoup plus courts; & celui de derriere eſt à peu près de la même longueur que ces derniers. Ses aîles, lorſqu'elles ſont pliées, s'étendent environ juſqu'aux deux tiers de la longueur de la queue. Sa tête eſt ornée d'une hupe noire. La partie ſupérieure du col, le dos, le croupion, les plumes ſcapulaires, les couvertures du deſſus des aîles & celles du deſſus de la queue ſont d'un rouge d'écarlate. Il y a à la partie inférieure du col une tache noire. La poitrine, le ventre, les côtés, les jambes & les couvertures du deſſous de la queue ſont d'un beau bleu. Les plumes des aîles & celles de la queue ſont du même rouge que le dos. Le bec eſt blanc. On le trouve en *Amérique*.

uſque ſex lineas longum eſt; cauda unum pollicem & ſeptem lineas; pes octo cum ſemi lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue ſeptem lineas: laterales multò ſunt breviores; & poſticus cum lateralibus longitudine circiter convenit. Alæ complicatæ ad duas circiter tertias longitudinis caudæ partes uſque protenduntur. Caput adornat criſta nigra. Pars colli ſuperior, dorſum, uropygium, pennæ ſcapulares, quæ alas ſuperne veſtiunt, ſuperioreſque caudæ tectrices ſunt coccineæ. Collum inferius maculâ nigrâ inſignitur. Pectus, ventrem, latera, crura & tectrices caudæ inferiores cyaneus tingit color. Alarum remiges, ſicut & caudæ rectrices, eodem ac in dorſo imbuuntur coccineo. Roſtrum candidum. Habitat in *America*.

SECTIO III.

Ceux dont les deux mandibules ſont crochues, & ſe croiſent.

CETTE ſection n'eſt composée que d'un ſeul genre, ſçavoir de celui du *Bec-croiſé*.

SECTION III.

Eæ quæ mandibulâ donantur utrâque aduncâ, apicibus ſe decuſſantibus.

IN illa ſectione unicum continetur genus, ſcilicet *Loxiæ*.

XXXVIII.

XXXVIII. XXXVIII.

Genus Loxiæ. *Le genre du Bec-croisé.*

Hujus character est
Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet antici, posticus unus; omnes circiter usque ad exortum discreti:
Crura ad calcaneum usque plumosa:
Rostrum conico-attenuatum:
Mandibula utraque adunca, apicibus se decussantibus.

Son caractere est d'avoir
Quatre doigts, dénués de membranes; trois devant, un derriere; tous séparés environ jusqu'à leur origine:
Les jambes couvertes de plumes jusqu'au talon:
Le bec en cone raccourci:
Les deux mandibules crochues, & se croisant.

** 1. Le Bec-croisé.

Voyez Pl. XVII. Fig. 3.

Loxia versicolor; remigibus, rectricibusque fuscis; oris exterioribus viridi-olivaceis . . . . Loxia.

Loxia nigricans, pectore & ventre purpureis. *Barr. Ornith. Class. III. Gen. XXVIII. sp.* 1.
Loxia rostro forficato. *Faun. Suec. Linn. N°.* 177.
Loxia. *Aldrov. Avi. Tom. I. pag.* 877. *hujus duæ icones non satis accuratæ pag.* 877 *&* 878; *& insuper alia icon à Gesnero mutuata pag.* 879.
Jonst. Avi. pag. 29.
Willugh. Ornith. pag. 181. *hujus icon ab Aldrovando mutuata Tab. XLIV.*
Raj. Syn. Avi. pag. 86. *Lit. A.*
Frisch. maris & fœminæ icones accuratæ Tab. 11.
Loxia, seu Curvirostra. *Charlet. Exer. pag.* 76. *N°.* 7. *hujus icon satis accurata pag.* 77.
Charlet. Onomazt. pag. 68. *N°.* 7. *eadem icon pag.* 69.
Sibbald. Scot. illustr. Part. II. Lib. III. pag. 18.
Loxia Gesnero; Trogon Dalecampio. *Rzac. Hist. nat. Pol. pag.* 286.
Loxia Gesneri; Curvirostra Schwenckfeldii; Crucifera; Cruciata. *Rzac. Auct. Hist. nat. Pol. pag.* 391.

Loxias. *Gesn. Avi. pag.* 591. *hujus icon non satis accurata pag.* 592. *Moehr. Avi. Gen.* 24.
Loxias vel Curvirostra. *Gesn. icon. Avi. pag.* 40, *in qua hujus icon non satis accurata.*
Curvirostra. *Schwenck. Avi. Sil. pag.* 252.
Linn. Systh. Nat. ed. 6. Gen. 79. *sp.* 2.
Coccothraustes Curvirostra. *Klein. Avi. pag.* 96. *N°.* 13.
Λοξία Fabricii. *Schwenck.*
Loxia. *Alb. Tom. I. pag.* 53; *avec une figure mal coloriée Pl.* 61.
Les Grecs l'appellent Λοξίας. *Aldrov.*
Les Catalans, Trenca Pinyas. *Barr.*
Les Allemands, Krutz-Vogel. *Gesn. Aldrov. Willugh.* Crutz-Vogel. *Rzac.* Creutz-Vogel. *Schwenck. Rzac.* Kreutz-Schnabel. *Frisch.* Krum-Schnabel. *Gesn. Aldrov. Rzac.* Krumb-Schnabel. *Schwenck.*
Les Silésiens, Krinitz. *Gesn. Schwenck.* Krinis. *Schwenck.* Grunitz. *Frisch.*
Les Illyriens, Krziwonoska. *Gesn.*
Les Polonois, Krzywonos. *Rzac.*
Les Suédois, Korsnaef *ou* Korssnaef; Kiaegelrifware. *Linn.*
Les Anglois, Crosse-Bill. *Willugh. Raj.* Cross-Bill. *Sibbald. Alb.* Cross-Beak. *Charlet.* Sheld-Apple. *Willugh. Raj. Charlet.*

Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de six pouces neuf lignes, & jusqu'à celui des ongles de six pouces six lignes. Son bec depuis son crochet jusqu'aux coins de la bouche a huit lignes de long; sa queue deux pouces trois lignes; son pied huit lignes; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, dix lignes: les latéraux sont beaucoup plus courts; & celui de derriere est un peu plus long que ces derniers. Il a dix pouces huit lignes de vol; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent un peu au-delà de la moitié

Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam sex pollices & novem lineas æquat, & ad extremos ungues sex pollices & totidem lineas. Rostrum ab ipsius unco ad oris angulos octo lineas longum est; cauda duos pollices cum tribus lineis; pes octo lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue decem lineas: laterales multò sunt breviores; posticus autem lateralium longitudinem paululùm superat. Alis expansis, extremitates majorum remigum decem pollicum & octo linearum intervallo distant;

alæ verò complicatæ nonnihil ultra mediam caudæ longitudinem extenduntur. Multùm coloribus variat hæc Avis; non tantùm varia ejusdem speciei individua, sed & unum idemque individuum multoties in anno varii colores adornant. Anno 1753 mense Januario unum sic descripsi: caput, guttur, collum, dorsum infimum, uropygium, superiores caudæ tectrices, pectus, ventrem supremum & latera tingebat pallidè roseus color. Venter imus erat candidus; crura grisea. Inferiores caudæ tectrices in medio fuscæ, marginibus albis præditæ, & aliquid rosei coloris admixtum habentes. Dorsum supremum & tectrices alarum superiores & inferiores fuscæ. Remiges concolores, oris exterioribus viridi-olivaceis. Caudam componebant duodecim rectrices remigibus concolores. Aliæ hujus speciei Aves in partibus quas in supra descripto color roseus adornabat, sunt luteæ; aliæ iisdem in locis griseæ; aliæ viridi-olivaceæ; aliæ tandem omnibus istis coloribus variegatæ. In istis Avibus alarum remiges & caudæ rectrices solæ colori-

de la longueur de la queue. Il varie beaucoup en couleur; non-seulement les différens individus de la même espece; mais le même change de couleur plusieurs fois dans l'année. J'en ai décrit un au mois de Janvier 1753, qui avoit la tête, la gorge, le col, la partie inférieure du dos, le croupion, les couvertures du dessus de la queue, la poitrine, le haut du ventre & les côtés d'une couleur de rose pâle. Le bas-ventre étoit blanc; les jambes grises. Les couvertures du dessous de la queue étoient brunes dans leur milieu, bordées de blanc, & mêlées d'une légere teinte de couleur de rose. La partie supérieure du dos & les couvertures du dessus & du dessous des aîles étoient brunes. Les plumes de l'aîle étoient de la même couleur, & avoient leur bord extérieur d'un verd-d'olive. La queue étoit composée de douze plumes de la même couleur que celles des aîles. On en voit d'autres qui sont jaunes dans les endroits où celui-là étoit couleur de rose; d'autres ont ces mêmes parties grises; d'autres d'un verd-d'olive; d'autres enfin sont variés de toutes ces couleurs. La couleur des plumes de la queue & de celles des aîles est la seule

constante dans ces Oiseaux. Les plumes du milieu de la queue sont un peu plus courtes que les latérales; ce qui rend la queue un peu fourchue. L'iris des yeux est d'un cendré tirant sur la couleur de noisette. Le demi-bec supérieur est noirâtre, & l'inférieur est gris. Les pieds sont bruns; & les ongles noirs. Les deux mandibules ne se croisent pas toujours du même côté : dans les uns la supérieure descend du côté droit, & l'inférieure monte du côté gauche; & dans d'autres c'est le contraire, la supérieure est tournée à gauche, & l'inférieure à droite. On les trouve dans les bois de *Sapins*, sur-tout en *Allemagne*, où ils sont très-communs pendant toute l'année.

bus nullo modo variant. Rectrices intermediæ lateralibus paululùm longitudine cedunt; unde fit cauda nonnihil bifurca. Oculorum irides ex cinereo ad avellaneum colorem vergunt. Mandibula superior nigricans, inferior grisea. Pedes fusci; ungues verò nigri. Mandibulæ binæ non semper eodem latere se decussant : in aliis superior in dextrum latus descendit, dum inferior in sinistrum assurgit; contra verò in alteris superior in sinistrum, inferior in dextrum vertitur. Habitant in silvis *Abietum*, præsertim in *Germania*, in qua per totum annum frequentissimæ sunt hujusmodi Aves.

Une variété de cette espece est.

Hujus speciei varietas est.

** A. *LE BEC-CROISÉ ROUSSATRE.*

Loxia rufescens.

Loxia Pyrenaica, è subruso nigricans, cervice & capite coccineis. *Barr. Ornith. Class. III. Gen. XXVIII. sp.* 2.

Il différe des autres par sa couleur, qui est un roux-noirâtre. Il a la tête rouge.

Ab aliis differt colore rufo-nigricante. Capite rubro donatur.



Dessiné et Gravé par Martinet

1. Petit Bouvreuil noir d'Afrique. 2. Bouvreuil bleu du Brésil. 3. Bec-croisé.

Dessiné et Gravé par Martinet

1. Nid du Gros-bec des Philippines. 2. Le même Nid dont le canal est ouvert pour laißer voir l'entrée du Ni

ORNITHOLOGIE.

TOME III.

SECONDE PARTIE.

ORNITHOLOGIA

SIVE

SYNOPSIS METHODICA

SISTENS AVIUM DIVISIONEM IN ORDINES, Sectiones, Genera, Species, ipſarumque Varietates.

CUM ACCURATA CUJUSQUE SPECIEI deſcriptione, Citationibus Auctorum de iis tractantium, Nominibus eis ab ipſis & Nationibus impoſitis, Nominibuſque vulgaribus.

A D. BRISSON, Regiæ Scientiarum Academiæ Socio.

Opus Figuris æneis adornatum.

VOLUMEN III.

Pars ſecunda.

PARISIIS,

AD RIPAM AUGUSTINORUM,

Apud CL. JOANNEM-BAPTISTAM BAUCHE, Bibliopolam, ad Inſigne Stæ. Genovefæ, & Sti. Joannis in Deſerto.

M. DCC. LX.

CUM APPROBATIONE, ET PRIVILEGIO REGIS.

ORNITHOLOGIE

OU

MÉTHODE

CONTENANT LA DIVISION DES OISEAUX en Ordres, Sections, Genres, Especes & leurs Variétés.

A LAQUELLE ON A JOINT UNE DESCRIPTION exacte de chaque Espece, avec les Citations des Auteurs qui en ont traité, les Noms qu'ils leur ont donnés, ceux que leur ont donnés les différentes Nations, & les Noms vulgaires.

Par M. BRISSON, de l'Académie Royale des Sciences.

Ouvrage enrichi de Figures en taille-douce.

TOME III.

Seconde Partie.

A PARIS,

QUAY DES AUGUSTINS,

Chez CL. JEAN-BAPTISTE BAUCHE, Libraire, à l'Image Sainte Geneviéve & S. Jean dans le Désert.

M. DCC. LX.

AVEC APPROBATION, ET PRIVILEGE DU ROI.

ORDO X.

AVES

Digitis quatuor, membranis destitutis, tribus scilicet anticis; uno postico, omnibus circiter usque ad exortum discretis: cruribus ad calcaneum usque plumosis: & rostro subulato donatae.

OMNIUM hujus Ordinis Avium digitus trium anticorum medius ab exortu ad primum usque articulum cum extimo arctè cohæret (*vide Vol. I. Tab. I. Fig.* 7).

Aliæ naribus donantur detectis: aliæ verò naribus plumis basis rostri coopertis. In duas sectiones dividuntur: in primâ continentur eæ quæ nares habent detectas (*vide Vol. I. Tab. VI. Fig.* 14 & 15), ut *Alauda*, *Ficedula*: & in secunda illæ quarum nares plumis basis rostri coo-

ORDRE X.

LES OISEAUX

Qui ont quatre doigts, dénués de membranes, trois devant, un derriere, tous séparés environ jusqu'à leur origine: les jambes couvertes de plumes jusqu'au talon: & le bec en alesne.

TOUS les Oiseaux de cet Ordre ont celui du milieu des trois doigts antérieurs étroitement uni avec l'extérieur depuis son origine jusqu'à la premiere articulation (*voyez Tom. I. Pl. I. Fig.* 7).

Les uns ont les narines découvertes: & les autres ont les narines couvertes par les plumes de la bâse du bec. Ils se divisent en deux sections: dans la premiere sont ceux qui ont les narines découvertes (*voyez Tom. I. Pl. VI. Fig.* 14 & 15), comme l'*Alouette*, le *Becfigue*: & dans la seconde ceux qui

ont les narines couvertes par les plumes de la bâſe du bec (*voyez Tome I. Pl. VI. Fig.* 16), comme la *Méſange*.

periuntur (*vide Vol. I. Tab. VI. Fig.* 16), ut *Parus*.

SECTION I.

Ceux dont les narines ſont découvertes.

CEtte ſection contient deux genres d'Oiſeaux. Dans les uns l'ongle du doigt de derriere eſt preſque droit, & plus long que le doigt, comme dans l'*Alouette* : & dans les autres l'ongle du doigt de derriere eſt courbé en arc, & pas plus long que le doigt, comme dans le *Becfigue*.

SECTIO I.

Eæ quæ nares habent detectas.

DUobus Avium generibus conſtituitur hæc ſectio. In aliis unguis digiti poſtici ſubrectus eſt, digitumque longitudine ſuperat, ut in *Alauda* : in aliis verò unguis digiti poſtici arcuatus eſt, digitumque longitudine non ſuperat, ut in *Ficedula*.

XXXIX.

Le genre de l'Alouette.

Son caractere eſt d'avoir
Quatre doigts, dénués de membranes ; trois devant, un derriere ; tous ſéparés environ juſqu'à leur origine :

Les jambes couvertes de plumes juſqu'au talon :
Le bec en aleſne :
Les narines découvertes :
L'ongle du doigt de derriere preſque droit, & plus long que le doigt.

XXXIX.

Genus Alaudæ.

Hujus character eſt
Digiti quatuor, membranis deſtituti ; tres ſcilicet antici, poſticus unus ; omnes circiter uſque ad exortum diſcreti :
Crura ad calcaneum uſque plumoſa :
Roſtrum ſubulatum :
Nares detectæ :
Unguis digiti poſtici ſubrectus, digitumque longitudine ſuperans.

** 1. L'ALOUETTE.

Alauda superne nigricante, griseo-rufescente & albido varia, infernè alba, paululùm ad rufescentem inclinans; collo inferiore maculis longitudinalibus nigricantibus insignito; tæniâ supra oculos albo-rufescente; rectricibus binis utrinque extimis exteriùs albis, extimâ interiùs ultimâ medietate obliquè albâ*. . . . ALAUDA.

Alauda rectricibus extimis duabus extrorsum longitudinaliter albis, intermediis interiori latere ferrugineis. *Faun. Suec. Linn. N°.* 190.
Alauda. *Aldrov. Avi. Tom. II. pag.* 827.
Jonst. Avi. pag. 69.
Charlet. Exer. pag. 88. *N°. VIII.*
Charlet. Onomazt. pag. 80. *N°. VIII.*
Moehr. Avi. Gen. 32.
Alauda sine crista. *Gesn. Avi. pag* 78, *in qua hujus icon minimè accurata.*
Alauda sine crista Gesneri. *Barr. Ornith. Class. III. Gen. XVI. sp.* 1.
Alauda; Alauda non cristata, vel gregalis. *Gesn. icon. Avi. pag.* 70, *in qua hujus icon minimè accurata.*
Alauda non cristata. *Aldrov. Avi. Tom. II. pag.* 844. *hujus icon minimè accurata pag.* 845.
Jonst. Avi. pag. 70. *hujus icon non satis accurata Tab.* 33; *altera icon ab Olina mutuata Tab.* 37; *& tertia icon à Gesnero mutuata Tab.* 38.
Linn. Systh. Nat. ed. 6. *Gen.* 75. *sp.* 1.
Alauda non cristata Aldrovando & Gesnero. *Rzac. Hist. nat. Pol. pag.* 268.
Alauda non cristata Aldrovandi; Alauda terrena. *Rzac. Auct. Hist. nat. Pol. pag.* 354.
Alauda vertice plano. *Schwenck. Avi. Sil. pag.* 191.
Alauda vulgaris. *Willugh. Ornith. pag.* 149. *hujus icon ab Olina mutuata Tab. XL.*
Raj. Syn. Avi. pag. 69. *N°. A.* 1.
Sibbald. Scot. illustr. Part. II. Lib. III. pag. 17.
Alauda simpliciter. *Klein. Avi. pag.* 71. *N°.* 1.
Alauda arvorum. *Frisch. hujus icon accurata Tab.* 15.
Alauda cœlipeta, *Schwenckfeldii.*
Lodola nostrale. *Olina. pag.* 12, *in qua hujus icon satis accurata.*
Alouette. *Bel. Hist. nat. des Ois. pag.* 269; *dans laquelle il y a une mauvaise figure.*
Bel. Portr. d'Ois. pag. 65 *b*, *dans laquelle est la même figure.*
Kolbe. Descrip. du C. de B. Esp. Tom. III. pag. 164.

Alb. Tom. I. pag. 35; *avec une figure mal coloriée Pl.* 41.
Les Grecs l'appellent Κόρυδος. *Gesn. Aldrov. Schwenck. Jonst.* Κόρυδων. *Gesn. Aldrov.* Κορύδαλος. *Gesn. Aldrov. Schwenck. Jonst. Willugh. Charlet.* Κορύδαλλες; Κορύδαλλις. *Aldrov.* Κορυδαλὸς ὠδικός; Κορυδαλος ἀγελαῖος; Κορυδαλὸς ξεύπτερος. *Schwenck.* Κέρις. *Aldrov. Jonst. Charlet.* Πιφιγξ. *Jonst.*
Les Grecs modernes Τρουλίτις. *Gesn. Aldrov. Jonst.* Τρυλίτις. *Charlet.*
Les Espagnols, Cugniada. *Aldrov.*
Les Catalans, Llauseta. *Barr.*
Les Italiens, Lodola. *Bel. Gesn. Aldrov. Olina.* Lodora. *Bel. Gesn.* Lodola campestre; Petronella. *Aldrov.* Alodola; Alodetta. *Bel.* Allodola; Allodetta. *Gesn. Aldrov.*
Les Habitans du Duché de Parme, Regio. *Aldrov.*
Les Lombards, Fratagnia. *Aldrov.*
Les Allemands, Lerch. *Gesn. Aldrov. Rzac.* Heid-Lerch; Holtz-Lerch; Sang-Lerch; Himmel-Lerch. *Gesn. Aldrov.* Lerche. *Schwenck. Rzac.* Sang-Lerche; Himmel-Lerche; Grosse-Lerche. *Schwenck.* Feld-Lerche. *Schwenck. Rzac. Frisch.*
Les Saxons, Leewercke. *Gesn. Aldrov.*
Les Flamands, Leewercke. *Gesn. Aldrov.*
Les Hollandois, Leurick. *Gesn. Aldrov.*
Les Illyriens, Skrzivvan. *Gesn. Aldrov.*
Les Polonois, Skowronek. *Rzac.*
Les Suédois, Laerka. *Linn.*
Les Anglois, Lark. *Gesn.* Larck. *Aldrov. Charlet.* Sky-Lark. *Raj. Alb.* Common Lark. *Willugh. Sibbald.* Common Field-Lark. *Raj.* Laverock. *Gesn. Aldrov.*

Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de six pouces dix lignes, & jusqu'à celui des ongles de cinq pouces dix lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a six lignes & demie de long; sa queue deux pouces neuf lignes; son pied neuf lignes; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, huit lignes & demie: les latéraux sont beaucoup plus courts; & celui

Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam sex pollices & decem lineas æquat, & ad extremos ungues quinque pollices & decem lineas. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos usque sex cum semi lineas longum est; cauda duos pollices cum novem lineis; pes novem lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue octo cum semi lineas: laterales multò sunt breviores;

breviores ; posticus autem anticorum medium longitudine multùm antecellit. Alis expansis, extremitates majorum remigum duodecim pollicum & sex linearum intervallo distant ; alæ verò complicatæ ad duas tertias longitudinis caudæ partes usque protenduntur. Caput, collum superius, dorsum & uropygium nigricante, griseo-rufescente & albido variegantur ; quælibet enim penna in medio nigricat, in utroque latere ex griseo rufescit, & marginibus albidis prædita est. Pennæ scapulares, superioresque caudæ tectrices sunt iisdem coloribus, eodemque modo variegatæ. In utroque capitis latere tænia extat supra oculos albo-rufescens. Guttur albicat. Partem colli inferiorem vestiunt pennæ albæ ad rufescentem colorem vergentes, & maculâ longitudinali nigricante in medio insignitæ. Quæ latera obtegunt, ex dilutè griseo rufescunt ; & quælibet lineâ notatur fuscâ, secundùm scapi longitudinem protensâ. Pectus, venter, crura, inferiores caudæ tectrices & pennæ alas subtus coopetientes ex albo nonnihil ad

de derriere est beaucoup plus long que celui du milieu de ceux de devant. Elle a douze pouces six lignes de vol ; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent jusqu'aux deux tiers de la longueur de la queue. La tête, la partie supérieure du col, le dos & le croupion sont variés de noirâtre, de gris-roussâtre & de blanchâtre, chaque plume étant noirâtre dans son milieu, d'un gris-roussâtre sur les côtés, & bordée de blanchâtre. Les plumes scapulaires & les couvertures du dessus de la queue sont variées de même & des mêmes couleurs. De chaque côté de la tête est une bande d'un blanc-roussâtre, placée au-dessus des yeux. La gorge est blanche. La partie inférieure du col est couverte de plumes d'un blanc tirant sur le roussâtre, & marquées chacune dans leur milieu d'une tache longitudinale noirâtre. Celles qui couvrent les côtés, sont d'un gris clair & roussâtre, & ont chacune une ligne brune, qui s'étend selon la longueur de leur tige. La poitrine, le ventre, les jambes, les couvertures du dessous de la queue & celles du dessous des aîles sont d'un blanc mêlé d'une très-légere teinte de roussâtre. Les petites couvertures du dessus des aîles

ſont d'un gris tirant ſur le rouſſâtre, & bordées de blanchâtre : les grandes les plus éloignées du corps ſont brunes, & bordées de fauve; les plus proches du corps ſont d'un gris-brun, terminées de fauve, & bordées de blanchâtre. Les plumes de l'aîle ſont brunes; leur bord extérieur eſt fauve, excepté vers le bout de la plume, où il eſt blanc; le bout de chacune des plumes eſt auſſi bordé de blanc : les trois ou quatre plus proches du corps ſont d'une couleur plus foncée que les autres, & ont de plus leur bord intérieur fauve. Les moyennes plumes de l'aîle ſont échancrées en cœur par le bout. La queue eſt compoſée de douze plumes : les deux du milieu ſont noirâtres dans leur milieu, d'un gris-brun tirant ſur le rouſſâtre ſur les côtés, & bordées de blanchâtre : les deux ſuivantes de chaque côté ſont noirâtres, & bordées d'un gris-brun tirant ſur le rouſſâtre : la quatriéme eſt noirâtre, & bordée de blanchâtre : la cinquiéme eſt blanche du côté extérieur, & ſon côté intérieur eſt noirâtre & bordé de blanc : enfin la plus extérieure de chaque côté eſt blanche du côté extérieur, & ſon côté intérieur eſt brun à ſon origine & blanc

rufeſcentem colorem inclinant. Superiores alarum tectrices minores ſunt griſeo-rufeſcentes, marginibus albidis : majores à corpore remotiores fuſcæ, marginibus fulvis præditæ; corpori finitimæ griſeo-fuſcæ, in apice fulvæ, circà margines albidæ. Remiges fuſcæ, oris exterioribus fulvis, attamen versùs remigis apicem albis; unaquæque remix in apice marginibus quoque donatur candidis : tres quatuorve remiges corpori viciniores colore tinguntur magìs quàm in aliis ſaturato, oriſque inſuper interioribus fulvis præditæ ſunt. Remiges minores ſunt in apice cordatim emarginatæ. Cauda duodecim conflatur rectricibus, quarum binæ intermediæ ſunt in medio nigricantes, in utroque latere ex griſeo-fuſco ad rufeſcentem colorem vergentes, & circa margines albidæ : binæ utrinque ſequentes nigricantes, marginibus ex griſeo-fuſco ad rufeſcentem colorem inclinantes : quarta nigricans, marginibus albidis : quinta in latere exteriore alba, in interiore nigricans, oris albis prædita : utrinque tandem extima in latere exteriore alba,

interiùs verò in exortu fusca, in apice alba, albo & fusco latus interius obliquè dividentibus. Rectrices intermediæ lateralibus paululùm longitudine cedunt; unde fit cauda nonnihil bifurca. Mandibula superior nigricans sive corneo colore tincta, inferior ad candicantem inclinans. Pedes griseo-fusci; ungues verò nigricantes, albido terminati. Humi nidificat. Habitat in campestribus locis. *Ex museo Realmuriano.*

Hujus speciei varietates sunt

vers le bout, ces deux couleurs le coupant obliquement. Les plumes du milieu de la queue sont un peu plus courtes que les latérales; ce qui rend la queue un peu fourchue. Le demi-bec supérieur est noirâtre ou de couleur de corne, l'inférieur tire sur le blanchâtre. Les pieds sont gris-bruns; les ongles noirâtres & terminés de blanchâtre. Elle fait son nid par terre. On la trouve dans les champs. *Du cabinet de M. de Reaumur.*

Les variétés de cette espece sont

** A. *L'*ALOUETTE BLANCHE.

Voyez Pl. XIX. Fig. 1.

Alauda candida.

Alauda alba. *Frisch. hujus icon accurata Tab.* 16.
Klein. Avi. pag. 72. *N°.* 4.
Alauda alba sine crista. *Barr. Ornith. Class. III. Gen. XVI. sp.* 4.
Les Catalans l'appellent LLAUSETA BLANCA; CALANDRINA. *Barr.*
Les Allemands, WEISSE-LERCHE. *Frisch.*

Ab *Alauda vulgari* nonnisi colore discrepat. Per universum corpus albicat, & aliquid lutei admixtum habet. Rostrum, pedes, unguesque candidi. *Ex museo Realmuriano.*

Elle ne différe de l'*Alouette ordinaire* que par sa couleur. Elle est par tout le corps d'un blanc mêlé d'une légere teinte de jaune. Le bec, les pieds & les ongles sont blancs. *Du cabinet de M. de Reaumur.*

B. *L'Alouette noire.*

Alauda nigra.

Alouette noire. *Alb. Tom. III. pag.* 21; *avec une figure mal coloriée Pl.* 51. *Les Anglois l'appellent* Black Lark. *Alb.*

Elle est de la même grandeur que les précédentes. Tout son corps est d'un brun sombre & rougeâtre, tirant sur le noir, excepté le derriere de la tête, qui est couvert de quelques plumes d'un jaunâtre sombre. Quelques-unes des plumes du ventre sont aussi bordées de blanchâtre. Le bec, les pieds & les ongles sont d'un jaune sale. On l'a trouvée en *Angleterre.*

Magnitudine praecedentes æmulatur. In toto corpore ex fusco obscuro & rubescente ad nigrum vergit, exceptâ tamen posteriore capitis parte plumulis quibusdam obscurè flavicantibus vestitâ. Quædam quoque in ventre pennæ marginibus donantur candicantibus. Rostrum, pedes, unguesque sordidè flavi. In *Anglia* reperta fuit.

** 2. L'Alouette de bois ou le Cujelier.

Voyez Pl. XX. Fig. 1.

Alauda superne fusco & rufo-flavicante varia, infernè alba; collo inferiore & pectore albo-flavicantibus, maculis fuscis insignitis; uropygio griseo-olivaceo; tæniâ supra oculos candidâ; rectrice extimâ exteriùs & apice albâ . . . . . Alauda arborea.

Alauda rectricibus fuscis, primâ obliquè dimidiato-albâ, secundâ maculâ cuneiformi albâ. *Faun. Suec. Linn. N°.* 192.

Alauda arborea. *Willugh. Ornith. pag.* 149. *hujus icon ab Olina mutuata Tab. XL, sub titulo*, Tottovilla Olinæ.

Raj. Syn. Avi. pag. 69. *N°. A.* 2.

Charlet. Exer. pag. 88. *N°.* 2.

Charlet. Onomazt. pag. 81. *N°.* 2.

Sibbald. Scot. illustr. Part. II. Lib. III. pag. 17.

Linn. Syst. Nat. ed. 6. *Gen.* 75. *sp.* 3.

Alauda arborea Willughby. *Rzac. Auct. Hist. nat. Fol. pag.* 432.
Alauda sylvestris pratorum. *Klein. Avi. pag.* 71. *N°.* 2.
Alauda non cristata fusca. *Barr. Ornith. Class. III. Gen. XVI. sp.* 6.
Tottovilla. *Olina. pag.* 27, *in qua hujus icon satis accurata.*
Alouette de Bois. *Alb. Tom. I. pag.* 36; *avec une figure mal coloriée Pl.* 42.
Les Romains l'appellent TOTTOVILLA. *Olina. Rzac.*
Les Anglois, WOOD-LARK. *Willugh. Raj. Charlet. Sibbald. Rzac. Alb.*

Alaudæ vulgari crassitie multò cedit. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam, sex pollices explet, & ad extremos ungues quinque pollices & sex lineas. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos usque septem lineas longum est; cauda duos pollices & totidem lineas; pes decem lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue octo lineas: laterales multò sunt breviores; posticus autem cum anticorum medio longitudine convenit. Ab extremo ad extremum alarum extensarum distantia est novem pollicum; alæ verò complicatæ mediam circiter caudæ longitudinem attingunt. Caput, collum superius, dorsum, pennæ scapulares & superiores alarum tectrices fusco & rufo-flavicante variegantur, unaquâque scilicet pennâ in medio fuscâ, marginibus in tota circumferentia rufo-flavicanti-

Elle est beaucoup moins grosse que l'*Alouette ordinaire.* Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de six pouces, & jusqu'à celui des ongles de cinq pouces six lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a sept lignes de long; sa queue deux pouces deux lignes; son pied dix lignes; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, huit lignes: les latéraux sont beaucoup plus courts; & celui de derriere est de la même longueur que celui du milieu de ceux de devant. Elle a neuf pouces de vol; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent environ jusqu'à la moitié de la longueur de la queue. La tête, le dessus du col & le dos sont variés de brun & de roux-jaunâtre, chaque plume étant brune dans son milieu, & bordée tout autour de roux-jaunâtre. Les plumes scapulaires & les couvertures du dessus des aîles sont variées de

même & des mêmes couleurs; cependant quelques-unes des couvertures du dessus des aîles sont bordées de blanc vers le bout. Le croupion & les couvertures du dessus de la queue sont d'un gris tirant sur l'olivâtre. De chaque côté de la tête est une bande longitudinale blanche, qui passe par-dessus les yeux. La gorge est blanche. La partie inférieure du col, la poitrine & les côtés sont d'un blanc mêlé d'une légere teinte de jaunâtre, & varié de taches brunes, qui occupent le milieu de chaque plume. Le ventre est blanc. Les jambes, les couvertures du dessous de la queue & celles du dessous des aîles sont de la même couleur. Les plumes de l'aîle sont brunes; les grandes ont leur bord extérieur olivâtre; & les moyennes sont échancrées en cœur par le bout. La premiere des plumes de l'aîle, sçavoir celle qui est la plus éloignée du corps, est beaucoup plus courte que celle qui la suit immédiatement. La queue est composée de douze plumes: les deux du milieu sont d'un gris-brun: toutes les latérales sont brunes, si l'on en excepte la plus extérieure de chaque côté, qui est blanche du côté extérieur, brune & terminée de blanc du

bus; quædam tamen ex superioribus alarum tectricibus versùs apicem marginibus donantur candidis. Uropygium & superiores caudæ tectrices ex griseo ad olivaceum vergunt. In utroque capitis latere tænia extat longitudinalis candida, supra oculos ducta. Guttur albicat. Collum inferius, pectus & latera alba sunt, & aliquid flavicantis admixtum habent, maculisque insigniuntur fuscis, cujuslibet pennæ medium occupantibus. Venter albet. Crura, tectrices caudæ inferiores & pennæ alas subtus cooperientes similiter albicant. Alarum remiges fuscæ, oris majorum exterioribus olivaceis. Remiges minores in apice sunt cordatim emarginatæ. Prima remigum, illa scilicet quæ est à corpore remotior, proximè sequenti multùm longitudine cedit. Cauda duodecim constat rectricibus, quarum binæ intermediæ griseo-fuscæ: laterales omnes fuscæ, exceptâ tamen utrinque extimâ in latere exteriore albâ, in interiore fuscâ, albo terminatâ. Rectrices intermediæ lateralibus paulò sunt longiores; unde fit cauda non-

nihil bifurca. Oculorum irides avellaneæ. Mandibula superior fusca, inferior ad incarnatum colorem inclinans. Pedes carneo colore tincti; ungues verò griseo-fusci.

côté intérieur. Les plumes du milieu de la queue sont un peu plus courtes que les latérales; ce qui rend la queue un peu fourchue. L'iris des yeux est d'une couleur de noisette. Le demi-bec supérieur est brun, & l'inférieur tire sur la couleur de chair. Les pieds sont de cette derniere couleur; & les ongles sont gris-bruns.

Fœmina à *mare* discrepat maculis fuscis in pectore rarioribus, & remigum majorum oris exterioribus griseis, dum in *mare* sunt olivaceæ. Arboribus insidet. *Ex museo Realmuriano.*

La *femelle* différe du *mâle* en ce qu'elle a moins de taches brunes sur la poitrine, & que le bord extérieur des grandes plumes de l'aîle est gris, au lieu qu'il est olivâtre dans le *mâle*. Elle se perche sur les arbres. *Du cabinet de M. de Reaumur.*

** 3. L'ALOUETTE DE PREZ OU LA FARLOUSE.

Alauda superne nigricante & olivaceo varia, infernè sordidè albo-flavicans; collo inferiore & pectore maculis longitudinalibus nigricantibus insignitis; uropygio olivaceo; tæniâ supra oculos sordidè albo-flavicante; rectrice extimâ exteriùs & ultimâ medietate albâ, proximè sequenti apice albo maculatâ . . . . ALAUDA PRATENSIS.

Alauda lineolâ superciliorum albâ, rectricibus duabus extimis introrsum albis. *Faun. Suec. Linn. N°.* 191.
Alauda pratensis. *Charlet. Exer. pag.* 88. *N°.* 3.
Charlet. Onomazt. pag. 81. *N°.* 3.
Linn. Systh. Nat. ed. 6. Gen. 75. *sp.* 2.
Alauda pratorum. *Jonst. Avi. pag.* 71. *hujus icon ab Aldrovando mutuata Tab.* 38.
Sibbald. Scot. illustr. Part. II. Lib. III. pag. 17.
Alauda pratorum Bellonii. *Aldrov. Avi. Tom. II. pag.* 849, *in qua hujus icon pessima.*
Alauda pratorum Aldrovandi. *Willugh. Ornith. pag.* 150.

Raj. Syn. Avi. pag. 69. *N°. A.* 3.

Alauda pratorum, sive pratensis. *Frisch. hujus icon satis accurata Tab.* 16.

Spipola altera. *Aldrov. Avi. Tom. II. pag.* 730. *hujus icon pessima pag.* 731.

Spipola altera Aldrovandi. *Jonst. Avi. pag.* 87. *hujus icon ab Aldrovando mutuata Tab.* 44, *sub titulo*, Spipola.

Willugh. Ornith. pag. 153.

Willugh. Ornith. pag. 171. *N°.* 3.

Raj. Syn. Avi. pag. 80. *N°.* 4.

Lodola di prato. *Olina. pag.* 27.

Alouette de prez. *Alb. Tom. I. pag.* 38; *avec une figure mal coloriée Pl.* 43.

Farlouse, Fallope ou Alouette de pré. *Bel. Hist. nat. des Ois. pag.* 271; *avec une mauvaise figure pag.* 272.

Farlouse, Faloppe, Alouette de pré. *Bel. Portr. d'Ois. pag. 66 b, dans laquelle est la même figure.*

Les Italiens l'appellent LODOLA DI PRATO. *Olina.*

Les Romains, CALANDRINO. *Olina.*

Les Véronnois, SCOZZETTA.

Les Boulonnois, SPIPOLA. *Aldrov.*

Les Allemands, WIESEN-LERCHE. *Frisch.*

Les Anglois, TIT LARK. *Willugh. Raj. Charlet. Sibbald.* TITT-LARK. *Alb.*

Elle est beaucoup plus petite que l'*Alouette ordinaire*. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de cinq pouces six lignes, & jusqu'à celui des ongles de cinq pouces quatre lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche est long de six lignes; sa queue d'un pouce onze lignes; son pied de neuf lignes & demie; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, de neuf lignes: les latéraux sont beaucoup plus courts; & celui de derriere est presqu'aussi long que celui du milieu de ceux de

Alaudæ vulgari multùm crassitie cedit. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam quinque pollices & sex lineas æquat, & ad extremos ungues quinque pollices & quatuor lineas. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos usque sex lineas longum est; cauda unum pollicem & undecim lineas; pes novem cum semi lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue novem lineas: laterales multò sunt breviores; & posticus anticorum medii longitudinem ferè adæquat. Alis expansis,

pansis, extremitates majorum remigum octo pollicum & decem linearum intervallo distant; alæ verò complicatæ ad duas circiter tertias longitudinis caudæ partes usque protenduntur. Caput, collum superius & dorsum sunt nigricante & olivaceo varia, nigricante cujuslibet pennæ medium occupante, & olivaceo circa margines posito. Pennæ scapulares & superiores alarum tectrices iisdem coloribus & simili modo variegantur. Uropygium & tectrices caudæ superiores olivaceæ & immaculatæ. Guttur, venter, crura, inferioresque caudæ tectrices ex sordidè albo flavicant. Collum inferius, pectus & latera eodem imbuuntur colore, minutisque insigniuntur maculis longitudinalibus nigricantibus. In utroque capitis latere exigua quoque extat tænia longitudinalis sordidè albo-flavicans, ab exortu rostri orta, & supra oculos producta. Remiges nigricant, orisque donantur exterioribus olivaceis. Remiges minores sunt in apice cordatim emarginatæ. Caudam componunt duodecim rectrices nigricantes, oris do-

devant. Elle a huit pouces dix lignes de vol; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent environ jusqu'aux deux tiers de la longueur de la queue. La tête, la partie supérieure du col & le dos sont variés de noirâtre & d'olivâtre; le noirâtre occupant le milieu de chaque plume, & l'olivâtre en occupant les bords. Les plumes scapulaires & les couvertures du dessus des aîles sont variées de même & des mêmes couleurs. Le croupion & les couvertures du dessus de la queue sont olivâtres & sans taches. La gorge, le ventre, les jambes & les couvertures du dessous de la queue sont d'un blanc sale & jaunâtre. La partie inférieure du col, la poitrine & les côtés sont de la même couleur, & marqués de petites taches longitudinales noirâtres. Il y a aussi de chaque côté de la tête une petite bande longitudinale d'un blanc sale & jaunâtre, qui commence à l'origine du bec, & passe par-dessus les yeux. Les plumes des aîles sont noirâtres, & ont leur bord extérieur olivâtre: les moyennes sont échancrées en cœur par le bout. La queue est composée de douze plumes noirâtres, qui ont le bord extérieur olivâtre, excepté la plus extérieure de

chaque côté, qui est blanche du côté extérieur dans toute sa longueur, & du côté intérieur depuis son bout jusque vers la moitié de sa longueur : celle qui la suit immédiatement a aussi une tache blanche à son bout. Les plumes du milieu de la queue sont un peu plus courtes que les latérales ; ce qui rend la queue un peu fourchue. L'iris des yeux est d'une couleur de noisette. Le demi-bec supérieur est noirâtre, & l'inférieur est couleur de chair. Les pieds sont jaunâtres ; & les ongles bruns. On la trouve souvent dans les prairies, où elle fait son nid. Elle se perche sur les arbres, comme la précédente. *Du cabinet de M. de Reaumur.*

natæ exterioribus olivaceis, exceptâ tamen utrinque extimâ in latere exteriore per totam longitudinem, in interiore ab ipsius apice mediam versùs longitudinem usque albâ : proximè sequens maculâ quoque albâ in apice notatur. Rectrices intermediæ lateralibus paululùm longitudine cedunt ; unde fit cauda nonnihil bifurca. Oculorum irides avellaneæ. Mandibula superior nigricans, inferior incarnato colore tincta. Pedes flavicantes ; ungues verò fusci. Prata frequentat ; & in eis nidificat. Ut præcedens, arboribus insidet. *Ex museo Realmuriano.*

Une variété de cette espece est

Hujus speciei varietas est

A. *La Farlouse blanche.*

Alauda pratensis candida.

Spipola alba, sive Boarina. *Aldrov. Avi. Tom. II. pag.* 730. *hujus icon minimè accurata pag.* 731.
Spipola tertia. *Jonst. Avi. pag.* 87. *hujus icon ab Aldrovando mutuata Tab.* 44, *sub titulo*, Spipola alba.
Spipola tertia Aldrovandi. *Willugh. Ornith. pag.* 153.
Spipola tertia, seu Boarina Aldrovandi. *Raj. Syn. Avi. pag.* 81. *N°.* 5.
Spipola tertia, seu Boarina ex albo lutescens, Aldrovandi. *Willugh. Ornith. pag.* 171. *N°.* 4.
Spipola lutea, tertia Aldrovandi ; Boarina aliorum. *Rzac. Auct. Hist. nat. Pol. pag.* 420.
Les Boulonnois l'appellent, les uns Spipola ; *les autres* Boarina. *Aldrov.*

Elle est de la même grandeur que la précédente. Tout

Magnitudine præcedentem æmulatur. Per univer-

ſum corpus ex albo luteſcit, in alis intenſiùs quàm in reliquis corporis partibus. Roſtrum, pedeſque fuſceſcunt. Habitat in *Italia* circa *Bononiam*.

ſon corps eſt d'un blanc-jaunâtre; cette couleur eſt plus foncée ſur les aîles que ſur les autres parties du corps. Le bec & les pieds ſont bruns. On la trouve en *Italie* aux environs de *Bologne*.

4. L'ALOUETTE DE BUISSON.

Alauda ſuperne nigricante & olivaceo varia, infernè albo-flavicans; pectore & ventre maculis longitudinalibus nigricantibus inſignitis; rectrice extimâ exteriùs & ultimâ medietate albâ, proximè ſequenti apice albo maculatâ . . . . . ALAUDA SEPIARIA.

Alauda minima Locuſtæ voce. *Raj. Syn. Avi. pag.* 70. *No. A.* 7.
Locuſtella Avicula D. Johnſon. *Willugh. Ornith. pag.* 151.
Piep-Lerche. *Friſch. hujus icon accurata Tab.* 16.
Spipola ſive Anthus. *Aldrov. Avi. Tom. II. pag.* 750. *hujus icon non ſatis accurata pag.* 751.
Anthus. *Jonſt. Avi. hujus icon ab Aldrovando mutuata Tab.* 45.
Petite Alouette. *Alb. Tom. I. pag.* 39; *avec une figure mal coloriée Pl.* 44.
Les Allemands l'appellent PIEP-LERCHE. *Friſch.*
Les Anglois, SMALL LARK; PIPPIT. *Alb.* TIT-LARK THAT SINGS LIKE A GRASS-HOPPER. *Raj.*

Præcedenti craſſitie cedit. Ipſius longitudo ab apice roſtri ad caudam extremam quinque pollices & ſex circiter lineas explet, & ad extremos ungues quinque tantùm pollices. Roſtrum ab ipſius apice ad oris angulos uſque ſex lineas longum eſt; cauda duos circiter pollices; pes novem lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue octo lineas:

Elle eſt plus petite que la précédente. Sa longueur depuis le bout du bec juſqu'à celui de la queue eſt d'environ cinq pouces ſix lignes, & juſqu'à celui des ongles de cinq pouces. Son bec depuis ſa pointe juſqu'aux coins de la bouche a ſix lignes de long; ſa queue environ deux pouces; ſon pied neuf lignes; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, huit lignes; les latéraux ſont beau-

coup plus courts ; & celui de derriere est, à peu près de la même longueur que celui du milieu de ceux de devant. Elle a huit pouces quatre lignes de vol ; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent un peu au-delà de la moitié de la longueur de la queue. La tête, la partie supérieure du col, le dos & le croupion sont variés de noirâtre & d'olivâtre, le noirâtre occupant le milieu de chaque plume, & l'olivâtre en occupant les bords. Les plumes scapulaires, les couvertures du dessus des aîles & celles du dessus de la queue sont variées de même & des mêmes couleurs ; quelques-unes des couvertures du dessus des aîles sont cependant bordées de blanc sale. La gorge, la partie inférieure du col, la poitrine, le ventre, les côtés, les jambes & les couvertures du dessous de la queue sont d'un blanc-jaunâtre, marqué de taches longitudinales noirâtres sur la poitrine & le ventre. Les plumes de l'aîle sont noirâtres, & bordées extérieurement d'olivâtre. Les moyennes sont échancrées en cœur par le bout. La queue est composée de douze plumes : les deux du milieu sont brunes, & bordées d'une couleur plus claire : les latérales sont noirâtres & bor-

laterales multò sunt breviores ; posticus autem anticorum medium longitudine circiter æmulatur. Ab extremo ad extremum alarum extensarum distantia est octo pollicum & quatuor linearum ; alæ verò complicatæ nonnihil ultra mediam caudæ longitudinem extenduntur. Caput, pars colli superior, dorsum & uropygium nigricante & olivaceo variegantur, quâlibet scilicet pennâ in medio nigricante & circa margines olivaceâ. Pennæ scapulares, quæ alas superne vestiunt, superioresque caudæ tectrices iisdem coloribus & simili modo variegantur ; attamen excipiendæ sunt ex superioribus alarum tectricibus quædam circa margines sordidè albæ. Guttur, collum inferius, pectus, venter, latera, crura & tectrices caudæ inferiores ex albo flavicant, pectore & ventre maculis longitudinalibus nigricantibus insignitis. Remiges alarum nigricantes, oris exterioribus olivaceis præditæ. Minores remiges sunt in apice cordatim emarginatæ. Duodecim rectricibus cauda constat : binæ intermediæ fuscæ, marginibus dilutioribus : latera-

les nigricantes, oris exterioribus flavicantibus, exceptâ tamen utrinque extimâ in latere exteriore per totam longitudinem, in interiore verò ab ipsius apice mediam versùs longitudinem usque albâ : proximè sequens maculâ quoque albâ, sed in apice tantùm, insignitur. Rostrum fusco-flavicans. Pedes obscurè flavi; ungues verò nigricantes. Loca Ericâ consita & planities frequentat. Inter volandum sive sepibus insidens cantat. Circa medium Septembrem in *Anglia* reperitur.

dées extérieurement de jaunâtre, excepté la plus extérieure de chaque côté, qui est blanche du côté extérieur dans toute sa longueur, & du côté intérieur depuis son bout jusque vers la moitié de sa longueur : celle qui la suit immédiatement est aussi tachée de blanc à son bout seulement. Le bec est d'un brun-jaunâtre. Les pieds sont d'un jaune obscur; & les ongles noirâtres. Elle fréquente les Bruyeres & les plaines. Elle chante en volant ou en se perchant sur des buissons. On la trouve en *Angleterre* vers le milieu de Septembre.

** 5. L'ALOUETTE DE CHAMP.

Alauda superne griseo-fusca ad olivaceum inclinans, infernè sordidè albo-flavicans; collo inferiore & pectore maculis longitudinalibus fuscis insignitis; tæniâ supra oculos sordidè albo-flavicante; rectrice extimâ exteriùs & ultimâ medietate albâ, proximè sequenti apice albo maculatâ . . . . ALAUDA CAMPESTRIS.

Alauda gulâ pectoreque flavescente. *Faun. Suec. Linn. N°.* 193.
Alauda campestris. *Linn. Syst. Nat. ed. 6. Gen.* 75. *sp.* 4.
Alauda minor campestris. *Willugh. Ornith. pag.* 150.
Alauda minor campestris D. Jessop. *Raj. Syn. Avi. pag.* 70. *N°. A. 6.*
Alauda novalium. *Frisch. hujus icon accurata Tab.* 15.
Spipoletta Florentiæ. *Willugh. Ornith. pag.* 152.
Spipoletta Florentinis. *Raj. Syn. Avi. pag.* 70. *N°.* 9.
Muscicapa tertia. *Jonst. Avi. pag.* 87.
Stoparola. *Schwenck. Avi. Sil. pag.* 349.
Stoparola Schwenckfeldii; Glariana Gesneri; Acredula. *Rzac. Auct. Hist. nat. Pol. pag.* 421.

Gickerlin ; vel Guckerlin , vel Grien-Voegelin. *Gesn. Avi. pag.* 795 ; *in qua hujus icon non satis accurata.*

Guckerlin ; Gickerlin ; Grien-Voegelin ; Latinè Glareana. *Gesn. icon. Avi. pag.* 5[illegible] , *in qua eadem icon.*

Glareana Ornithologi. *Aldrov. Avi. Tom. II. pag.* 736 , *in qua hujus icon à Gesnero mutuata.*

Glareana, seu Grien-Vogelin Gesneri. *Willugh. Ornith. pag.* 154. *Raj. Syn. Avi. pag.* 81. *N°.* 8.

Ολολυγὼν Eberi & Peuceri. *Schwenck.*

Les Florentins l'appellent SPIPOLETTA. *Willugh. Raj.*

Les Vénitiens, TORDINO. *Willugh. Raj.*

Les Véronnois, SCOZZETTONE. *Willugh.*

Les Allemands, GICKERLIN. *Gesn. Aldrov.* GUCKERLIN; GRIEN-VOEGELIN. *Gesn. Aldrov. Schwenck.* GREINERLIN. *Schwenck.* BRACH-LERCHE. *Frisch.*

Les Silésiens, STOPPEL-VOGEL. *Schwenck. Rzac.* STOEPLING ; SPIES-LOERCHE. *Schwenck.*

Les Polonois, ZDZBLO. *Rzac.*

Elle est un peu plus grosse que l'*Alouette de prez*. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de six pouces six lignes, & jusqu'à celui des ongles de cinq pouces neuf lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a six lignes & demie de long; sa queue deux pouces sept lignes; son pied onze lignes; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, huit lignes & demie : les latéraux sont beaucoup plus courts; & celui de derriere est un peu plus long que celui du milieu de ceux de devant. Elle a onze pouces trois lignes de vol; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent environ jusqu'à la moitié

Alaudam pratensem crassitie paululùm antecellit. Ipsius longitudo à rostri apice ad caudæ extremitatem sex pollices & totidem lineas æquat, & ad extremos ungues quinque pollices & novem lineas. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos sex cum semi lineas longum est; cauda duos pollices & septem lineas; pes undecim lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue octo cum semi lineas : laterales multò sunt breviores; posticus autem anticorum medium longitudine paululùm superat. Alis expansis, extremitates majorum remigum undecim pollicum & trium linearum in-

tervallo diſtant; alæ verò complicatæ mediam circiter caudæ longitudinem attingunt. Caput, partem colli ſuperiorem, dorſum & uropygium veſtiunt pennæ griſeo-fuſcæ, ad olivaceum inclinantes. Scapulares & ſuperiores caudæ tectrices concolores. Guttur, venter, latera, tectriceſque caudæ inferiores ex ſordidè albo flavicant. Collum inferius & pectus eodem imbuuntur colore, maculiſque inſigniuntur longitudinalibus fuſcis. In utroque capitis latere exigua quoque adeſt tænia longitudinalis ſordidè albo-flavicans, ab exortu roſtri orta, & ſupra oculos ducta. Crura ſunt fuſco-flavicantia. Superiores alarum tectrices fuſcæ, circa margines & in apice fuſco-flavicantes. Remiges ſimiliter fuſcæ, oris exterioribus pariter fuſco-flavicantibus. Minores remiges ſunt in apice cordatim emarginatæ. Duodecim rectricibus cauda conflatur: binæ intermediæ griſeo-fuſcæ: laterales nigricantes, exceptâ utrinque extimâ in latere exteriore per totam longitudinem, in interiore ab ipſius apice mediam versùs longitudinem uſque albâ:

de la longueur de la queue. La tête, la partie ſupérieure du col, le dos, le croupion, les plumes ſcapulaires & les couvertures du deſſus de la queue ſont d'un gris-brun mêlé d'une légere teinte d'olivâtre. La gorge, le ventre, les côtés & les couvertures du deſſous de la queue ſont d'un blanc ſale & jaunâtre : la partie inférieure du col & la poitrine ſont de la même couleur, & marquetées de taches longitudinales brunes. Il y a auſſi de chaque côté de la tête une petite bande longitudinale d'un blanc ſale & jaunâtre, qui commence à l'origine du bec, & paſſe par-deſſus les yeux. Les jambes ſont d'un brun-jaunâtre. Les couvertures du deſſus des aîles ſont brunes, bordées & terminées de brun-jaunâtre. Les plumes de l'aîle ſont pareillement brunes; leur bord extérieur eſt de même d'un brun-jaunâtre. Les moyennes ſont échancrées en cœur par le bout. La queue eſt compoſée de douze plumes : les deux du milieu ſont d'un gris-brun : les latérales ſont noirâtres, excepté la plus extérieure de chaque côté, qui eſt blanche du côté extérieur dans toute ſa longueur, & du côté intérieur depuis ſon bout juſque vers la moitié de ſa lon-

gueur : celle qui la suit immédiatement a aussi une tache blanche à son bout. Les plumes du milieu de la queue sont un peu plus courtes que les latérales ; ce qui rend la queue un peu fourchue. Le demi-bec supérieur est noirâtre, & l'inférieur est couleur de chair. Les pieds & les ongles sont bruns. On la trouve dans les terres en friches & dans les Bruyeres. *Du cabinet de M. de Reaumur.*

quæ proximè sequitur, maculâ quoque albâ in apice notatur. Rectrices intermediæ lateralibus paululùm longitudine cedunt; unde fit cauda nonnihil bifurca. Mandibula superior nigricans, inferior carneo colore imbuta. Pedes, unguesque fusci. Habitat in novalibus & locis Ericâ consitis. *Ex museo Realmuriano.*

** 6. La grosse Alouette ou la Calandre.

Voyez Pl. XX. Fig. 2.

Alauda superne fusco & griseo varia, infernè alba; collo inferiore & pectore nigro maculatis ; remigibus minoribus apice albis ; rectrice extimâ exteriùs & ultimâ medietate albâ, duabus proximè sequentibus apice albis . . . . . Alauda major sive Calandra.

Alauda non cristata, cinerea, pectore albo, maculoso. *Barr. Ornith. Class. III. Gen. XVI. sp.* 5.
Alauda non cristata major. *Gesn. icon. Avi. pag.* 70.
Alauda, quæ Calandra Bellonii. *Klein. Avi. pag.* 72. *N°.* 7.
Calandra. *Gesn. Avi. pag.* 80.
Jonst. Avi. pag. 70. *hujus icon ab Olina mutuata Tab.* 33 ; *& insuper altera icon à Bellonio mutuata Tab.* 38.
Willugh. Ornith. pag. 151.
Charlet. Exer. pag. 88. *N°.* 4.
Charlet. Onomazt. pag. 81. *N°.* 4.
Calandra, seu Alauda maxima. *Aldrov. Avi. Tom. II. pag.* 846. *hujus icon à Bellonio mutuata pag.* 847.
Tetrax parva. *Gesn. Avi. pag.* 650.
Calandra. *Olina. pag.* 30, *in qua hujus icon non satis accurata.*
Calandre. *Bel. Hist. nat. des Ois. pag.* 270 ; *avec une mauvaise figure pag.* 271.
Bel. Portr. d'Ois. pag. 66 a, dans laquelle est la même figure.

Les

Les Grecs l'appellent Κορύδαλος. *Bel. Adrov.* Χαλάνδρα ; Χαλανδρος. *Aldrov. Jonſt.*
Les Eſpagnols, Chalandra ; Chalandria. *Geſn. Aldrov.*
Les Catalans, Calandra ; Aneda. *Barr.*
Les Italiens, Calandra. *Geſn. Aldrov. Olina.*
Les Allemands, Kalander. *Geſn. Aldrov.* Galander. *Aldrov.*
Les Anglois, Chalandra ; Chalandria. *Aldrov.*

Alaudam criſtatam multùm craſſitie ſuperat. Ipſius longitudo ab apice roſtri ad caudam extremam ſeptem pollices & tres lineas explet, & ad extremos ungues ſeptem tantùm pollices. Roſtrum, quod quidem majorem obtinet craſſitiem quàm reliquarum omnium hujus generis ſpecierum roſtra, ab ipſius apice ad oris angulos novem lineas longum eſt; cauda duos pollices & quatuor lineas ; pes undecim cum ſemi lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue decem cum ſemi lineas : laterales multò ſunt breviores ; poſticus autem anticorum medii longitudinem ferè adæquat. Ab extremo ad extremum alarum extenſarum diſtantia eſt tredecim pollicum & ſex linearum; alæ verò complicatæ caudam ferè extremam attingunt. In univerſo corpore ſuperiore, capite ſcilicet, parte colli ſuperiore, dorſo, uropygio, pennis ſcapulari-

Elle eſt beaucoup plus groſſe que l'*Alouette hupée.* Sa longueur depuis le bout du bec juſqu'à celui de la queue eſt de ſept pouces trois lignes, & juſqu'à celui des ongles de ſept pouces. Son bec, qui eſt beaucoup plus épais que celui de toutes les autres eſpeces de ce genre, a depuis ſa pointe juſqu'aux coins de la bouche neuf lignes de long; ſa queue deux pouces quatre lignes; ſon pied onze lignes & demie; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, dix lignes & demie : les latéraux ſont beaucoup plus courts ; & celui de derriere eſt preſqu'auſſi long que celui du milieu de ceux de devant. Elle a treize pouces ſix lignes de vol ; & ſes aîles, lorſqu'elles ſont pliées, touchent preſque le bout de la queue. Tout le deſſus du corps, ſçavoir la tête, la partie ſupérieure du col, le dos, le croupion, les plumes ſcapulaires, les couvertures du deſſus des aîles & celles du deſſus de la queue, eſt varié de

brun & de gris, chaque plume étant brune dans son milieu, & bordée de gris. Elle a la gorge blanche, au-dessous de laquelle est une petite bande transversale noire, qui forme une espece de collier. La partie inférieure du col & la poitrine sont d'un blanc sale & varié de petites taches noires. Quelques-unes de cette espece, au-lieu du collier & de ces petites taches noires, en ont une grande de la même couleur à la partie inférieure du col (*voyez la figure*): & c'est peut-être ce qui distingue le *mâle* de la *femelle*. Le ventre est blanc, ainsi que les couvertures du dessous de la queue. Celles du dessous des aîles sont brunes. Les côtés & les jambes sont d'un brun-roussâtre. Les grandes plumes de l'aîle sont brunes du côté extérieur & à leur bout, noirâtres du côté intérieur, & leur bord extérieur est blanchâtre : les moyennes sont brunes du côté extérieur, noirâtres du côté interieur, & terminées de blanc; leur bord extérieur est gris : ces dernieres sont échancrées en cœur par le bout. La queue est composée de douze plumes : la plus extérieure de chaque côté est blanche du côté extérieur dans toute sa longueur, & du côté

bus, alas superne cooperientibus, & tectricibus caudæ superioribus, fusco & griseo variegatur, fusco scilicet cujuslibet pennæ medium occupante, & griseo circa margines posito. Guttur candidum, infra quod exigua extat tænia transversa nigra, torquem quodammodo efficiens. Collum inferius & pectus sordidè alba, minutis maculis nigris varia. In quibusdam hujus speciei individuis torquis & minutæ maculæ nigræ desiderantur; sed collum inferius majusculâ maculâ nigrâ insignitur (*iconem consule*): per hoc forsan *mas* & *fœmina* inter se distinguuntur. Venter, inferioresque caudæ tectrices albent. Pennæ alas subtus obtegentes sunt fuscæ. Latera & crura fusco-rufescentia. Remiges majores in latere exteriore & apice fuscæ, in latere interiore nigricantes, oris exterioribus albidis : minores exteriùs fuscæ, interiùs nigricantes, apice verò albæ; ipsarum margines exteriores sunt griseæ : minores autem remiges sunt in apice cordatim emarginatæ. Duodecim rectricibus cauda constat : utrinque extima in latere exteriore per totam lon-

gitudinem, in interiore verò ab ipsius apice ad medietatem usque alba, in reliquis nigricans : proximè sequens sive secunda nigricans, circa margines exteriores & apice alba : tertia nigricans, oris exterioribus griseis, apice albo : quarta similiter nigricans, & circa margines exteriores grisea : quinta in latere exteriore fusca, in interiore nigricans : binæ tandem intermediæ griseo-fuscæ. Rostrum, pedes, unguesque cinereo-albi. Habitat in *Italia* & circa *Pyrenæos montes*, unde in *museum Realmurianum* missa à *D. Barrere.*

intérieur depuis son bout jusqu'à la moitié de sa longueur, le reste est noirâtre : celle qui la suit immédiatement ou la seconde est noirâtre, bordée extérieurement & terminée de blanc : la troisiéme est noirâtre, bordée extérieurement de gris, & terminée de blanc : la quatriéme est noirâtre, & bordée extérieuremenr de gris : la cinquiéme est brune du côté extérieur, & noirâtre du côté intérieur : enfin les deux du milieu sont d'un gris-brun. Le bec, les pieds & les ongles sont gris-blancs. On la trouve en *Italie* & vers *les Pyrénées*, d'où elle a été envoyée à *M. de Reaumur* par *M. Barrere.*

7. L'Alouette d'Italie.

Alauda superne fusco-castanea, marginibus pennarum dilutioribus, infernè alba ; tæniâ transversâ albicante, occipitium cingente ; rectrice extimâ albâ, proximè sequenti apice albâ . . . . Alauda Italica.

Giarola vulgò. *Aldrov. Avi. Tom. II. pag.* 765. *hujus icon satis accurata pag.* 766.
Giarola. *Jonst. Avi. pag.* 88.
Giarola Aldrovandi. *Raj. Syn. Avi. pag.* 70. *N°.* 10.
Giarola Aldrovandi, calcare oblongo. *Willugh. Ornith. pag.* 152.
Les Boulonnois l'appellent Giarola. *Aldrov. Jonst.*

Crassitie *Alaudam nostratem* adæquat. Ipsius longitudo ab apice rostri ad extremos ungues octo circiter pollices explet. Caput, collum, dorsum, uropygium,

Elle est de la grosseur de *notre Alouette.* Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui des ongles est d'environ huit pouces. La tête, le col, le dos, le croupion, les plu-

mes scapulaires, les couvertures du dessus des aîles & celles du dessus de la queue sont d'un brun tirant sur le marron; cependant les bords de chaque plume sont d'une couleur plus claire ou même un peu blanchâtre ou tirant un peu sur le rougeâtre. Les bords des plumes de l'occiput sont blancs, & forment une bande transversale de la même couleur, dont l'occiput est entouré. La poitrine, le ventre & les côtés sont blancs, ainsi que les jambes & les couvertures du dessous de la queue ; cependant l'origine de toutes les plumes est cendrée. Les plumes de l'aîle sont d'un brun tirant sur le marron, & bordées extérieurement d'une couleur plus claire. La queue est composée de douze plumes : les huit du milieu sont d'une couleur de marron ; leur bord extérieur est d'une couleur plus claire : celle qui les suit immédiatement est d'une couleur de marron à son origine, & blanche à son bout : & la plus extérieure de chaque côté est tout-à-fait blanche. Les plumes du milieu de la queue sont plus courtes que les latérales ; ce qui rend la queue fourchue. (*Aldrovande* dit qu'elle a la queue extrêmement courte ; il y a apparence que c'est une jeune).

pennæ scapulares, quæ alas superne vestiunt, superioresque caudæ tectrices ex fusco ad castaneum colorem vergunt, marginibus pennarum dilutioribus aut nonnihil albicantibus aut modicè rubescente colore tinctis. In occipitio plumularum margines albicant, & tæniam transversam concolorem, occipitium cingentem, efficiunt. Pectus, venter, latera, crura & tectrices caudæ inferiores albent, radicibus pennarum cinereis. Remiges sunt fusco-castaneæ, oris exterioribus dilutioribus. Caudam componunt duodecim rectrices, quarum octo intermediæ castaneæ, oris exterioribus dilutioribus: utrinque proximè sequens in exortu castanea, apice alba; utrinque tandem extima penitùs alba. Rectrices intermediæ lateralibus longitudine cedunt; unde fit cauda bifurca. (Caudam dicit admodum brevem *Aldrovandus* : verisimiliter hæc est hujus speciei junior). Rostrum rubicundum. Pedes carneo colore tincti ; ungues verò albescentes. Habitat in *Italia*.

Le bec est rouge. Les pieds sont couleur de chair; & les ongles blanchâtres. On la trouve en *Italie.*

** 8. L'Alouette hupée ou le Cochevis.

Alauda cristata, superne grisea, paululùm ad rufescentem inclinans, pennis in medio obscurioribus, infernè albo-rufescens; collo inferiore maculis saturatè fuscis insignito; tæniâ supra oculos albo-rufescente; rectrice extimâ in utroque latere; proximè sequenti in latere exteriore fulvis .... Alauda cristata.

Alauda cristata. *Aldrov. Avi. Tom. II. pag.* 841. *hujus duæ icones pessimæ pag.* 841 *&* 842.
Schwenck. Avi. Sil. pag. 192.
Willugh. Ornith. pag. 151. *hujus icon ab Olina mutuata Tab. XL, sub titulo*, Alauda cristata major.
Sibbald. Scot. illustr. Part. II. Lib. III. pag. 17.
Alauda cristata major. *Jonst. Avi. pag.* 70. *hujus icon ab Olina mutuata Tab.* 37; *& insuper duæ aliæ icones Tab.* 38, *una à Gesnero, & altera ab Aldrovando mutuata.*
Raj. Syn. Avi. pag. 69. *N°.* 4.
Alauda cristata albicans. *Gesn. Avi. pag.* 78, *in qua hujus icon minimè accurata.*
Alauda cristata albicans Gesneri. *Barr. Ornith. Class. III. Gen. XVI. sp.* 2.
Alauda cristata vel terrena; Galerita; Cassita. *Gesn. icon. Avi. pag.* 70, *in qua hujus icon minimè accurata.*
Alauda cristata Ornithologis, Cassita Plinio, Galerita Gazæ, Galericus Varroni. *Rzac. Hist. nat. Pol. pag.* 269.
Alauda cristata, seu Alauda capellata; Alauda viarum. *Rzac. Auct. Hist. nat. Pol. pag.* 354.
Alauda capitata cristata, viarum Schwenckfeldii, Willughbeii. *Klein. Avi. pag.* 71. *N°.* 3.
Alauda sylvestris Gallerita. *Frisch. hujus icon accurata Tab.* 15.
Alauda Galerita, Cassita, cristata. *Charlet. Exer. pag.* 88. *N°.* 1.
Charlet. Onomazt. pag. 81. *N°.* 1.
Lodola cappelluta. *Olina. pag.* 13, *in qua hujus icon accurata.*
Λυφον ἔχουσα Aristotelis. *Aldrov.*
Alouette hupée. *Alb. Tom. III. pag.* 22; *avec une figure mal coloriée Pl.* 52.
Cochevis. *Bel. Hist. Nat. des Oiss. pag.* 267; *avec une mauvaise figure pag.* 268.

Bel. Portr. d'Oiſ. pag. 65 a, dans laquelle eſt la même figure.

Les Grecs l'appellent Κόρυδος; Κόρυδαλος. *Bel.* Κορυδων. *Charlet.* Κορύδαλος ἐπιγειον. *Schwenck.*

Les Catalans, CUGULLADA. *Barr.*

Les Italiens, LODOLA CAPPELLUTA. *Olina.* LODOLA CAPELLUTA; CAPELLINA; COVARELLA; CIPPERINA. *Bel. Geſn. Aldrov.* CAPELLUTA. *Aldrov.*

Les Allemands, KOMMANICK. *Willugh. Raj.* HEYDE-LERCH. *Rzac.* HEIDE LERCHE. *Friſch.* KOBEL-LERCH; WEGE-LERCHE; KOTT-LERCHE: *& quelques-uns*, LEURLE. *Schwenck.*

Les Saxons, HEUBEL-LERCH. *Geſn. Aldrov.* HEUBEL-LERCHE. *Schwenck. Rzac.*

Les Suiſſes, WAEG-LERCK. *Geſn. Aldrov.*

Les Polonois, DZIERLATKA. *Rzac.*

Les Anglois, CRESTED LARK. *Willugh. Charlet. Alb.* GREATER CRESTED LARK. *Raj.* COLSWOLD-LARK. *Charlet.*

Elle eſt plus groſſe que l'*Alouette ordinaire.* Sa longueur depuis le bout du bec juſqu'à celui de la queue eſt de ſix pouces neuf lignes, & juſqu'à celui des ongles de ſix pouces ſix lignes. Son bec depuis ſa pointe juſqu'aux coins de la bouche a huit lignes & demie de long; ſa queue deux pouces deux lignes; ſon pied dix lignes & demie; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, huit lignes & demie: les latéraux ſont beaucoup plus courts; & celui de derriere eſt un peu plus long que celui du milieu de ceux de devant. Elle a dix pouces ſix lignes de vol; & ſes aîles, lorſqu'elles ſont pliées, s'étendent environ juſqu'à la moitié de la longueur de la

Craſſitie *Alaudam vulgarem* antecellit. Ipſius longitudo ab apice roſtri ad caudam extremam ſex pollices & novem lineas æquat, & ad extremos ungues ſex pollices & totidem lineas. Roſtrum ab ipſius apice ad oris angulos uſque octo cum ſemi lineas longum eſt; cauda duos pollices & totidem lineas; pes decem cum ſemi lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue octo cum ſemi lineas: laterales multò ſunt breviores; poſticus autem anticorum medium paululùm longitudine ſuperat. Ab extremo ad extremum alarum extenſarum diſtantia eſt decem pollicum & ſex linearum; alæ verò complicatæ ad me-

diam circiter caudæ longitudinem extenduntur. Caput, pars colli superior, dorsum, uropygium & pennæ scapulares ex griseo paululùm ad rufescentem inclinant colorem, pennis tamen in medio nonnihil obscurioribus. Superiores caudæ tectrices ex griseo ad fulvum vergunt. In summo capite quædam extant plumulæ nigricantes, marginibus griseo-rufescentibus præditæ, cæteris longiores, efficientesque cristam, quam ad libitum Avis erigere aut componere, explicare aut contrahere potest. In utroque capitis latere tænia adest longitudinalis albo-rufescens, supra oculos posita. Guttur, collum inferius, pectus, venter, crura & inferiores caudæ tectrices albent, & aliquid rufescentis admixtum habent; collum inferius maculis insuper insignitur saturatè fuscis, uniuscujusque pennæ medium occupantibus. Latera vestiunt pennæ albo-rufescentes, lineâ fuscâ, secundùm scapi longitudinem ductâ, notatæ. Quæ alas subtus cooperiunt, ex albo ad fulvum inclinant. Tectrices alarum superiores minores sunt ex griseo non-

queue. La tête, la partie supérieure du col, le dos, le croupion & les plumes scapulaires sont d'un gris tirant tant soit peu sur le roussâtre, le milieu de chaque plume étant cependant d'une couleur un peu plus obscure. Les couvertures du dessus de la queue sont d'un gris tirant sur le fauve. Sur le sommet de la tête sont quelques plumes noirâtres, bordées de gris-roussâtre, plus longues que les autres, & qui forment une hupe, que l'Oiseau peut élever ou abaisser, étendre ou reserrer selon sa volonté. De chaque côté de la tête est une bande longitudinale d'un blanc-roussâtre, placée au-dessus des yeux. La gorge, la partie inférieure du col, la poitrine, le ventre, les jambes & les couvertures du dessous de la queue sont d'un blanc mêlé d'une très-légere teinte de roussâtre; & la partie inférieure du col est de plus marquée de taches d'un brun-foncé, qui occupent le milieu de chaque plume. Les côtés sont couverts de plumes d'un blanc-roussâtre, & marquées chacune d'une ligne brune, qui s'étend selon la longueur de leur tige. Les couvertures du dessous des aîles sont d'un blanc tirant sur le fauve. Les petites du dessus

ſont d'un gris tirant un peu ſur le rouſſâtre, & bordées de blanchâtre : les grandes les plus éloignées du corps ſont d'un gris-fauve, bordées de fauve, & marquées chacune d'une tache brune vers leur bout ; les plus proches du corps ſont d'un gris-brun tirant ſur le rouſſâtre, terminées de fauve, & bordées de blanchâtre. Les plumes de l'aîle ſont d'un gris-brun, & ont leur bord intérieur fauve ; le bord extérieur des grandes eſt de cette derniere couleur, & celui des moyennes eſt blanchâtre : ces dernieres ſont un peu échancrées en cœur par le bout. La queue eſt compoſée de douze plumes : les deux du milieu ſont d'un gris-brun tirant ſur le roux, & bordées de fauve : la ſuivante de chaque côté eſt de la même couleur, mais un peu plus obſcure : la troiſiéme & la quatriéme ſont noirâtres, il y a ſeulement un peu de fauve ſur le bord extérieur vers le bout de la quatriéme : la cinquiéme eſt noirâtre à ſon origine & dans toute ſa longueur du côté intérieur ; ſon côté extérieur eſt fauve : enfin la plus extérieure de chaque côté eſt d'un fauve qui ſe rembrunit un peu du côté intérieur. L'iris des yeux eſt d'un cendré tirant ſur la couleur de

nihil ad rufeſcentem colorem vergentes, marginibus candicantibus : majores à corpore remotiores griſeo-fulvæ, circa margines fulvæ, maculâ fuſcâ versùs apicem inſignitæ ; corpori vero finitimæ griſeo-fuſcæ, ad rufeſcentem colorem inclinantes, fulvo terminatæ, marginibus albidis. Remiges griſeo-fuſcæ, oris interioribus fulvis ; oræ exteriores majorum ſunt quoque fulvæ, minorum verò candicantes : remiges minores ſunt in apice paululùm cordatim emarginatæ. Duodecim rectricibus cauda conſtatur : binæ intermediæ griſeo-fuſcæ, ad rufum inclinantes, marginibus fulvis : utrinque proximè ſequens eodem imbuta colore, ſed nonnihil obſcuriore : tertia & quarta nigricantes, cum pauco tantùm fulvo in margine exteriore versùs quartæ apicem admixto : quinta in exortu, & per totam longitudinem in latere interiore nigricans, in latere exteriore fulva : utrinque tandem extima in utroquè latere fulva, qui tamen color interiùs paululùm fuſceſcit. Oculorum irides ex cinereo ad avellaneum vergunt. Mandibula ſuperior fuſca, infe-

rior candicans. Pedes, unguesque cinereo-albi. Habitat in campestribus locis; vias quoque sæpissime frequentat. *Ex museo Realmuriano.*

noisette. Le demi-bec supérieur est brun, & l'inférieur est blanchâtre. Les pieds & les ongles sont gris-blancs. On la trouve dans les champs, & souvent sur le bord des chemins. *Du cabinet de M. de Reaumur.*

9. La petite Alouette hupée.

Alauda cristata, superne subfusca, infernè albicans; cristâ longiori; remigibus, rectricibusque subfuscis; pedibus subrubris ALAUDA CRISTATA MINOR.

Alauda cristata minor. *Aldrov. Avi. Tom. II. pag.* 847. *hujus icon non satis accurata pag.* 848.
Jonst. Avi. pag. 70. *hujus icon ab Aldrovando mutuata Tab.* 38.
Raj. Syn. Avi. pag. 69. *N°. A.* 5.
Alauda cristata minor Aldrovandi. *Willugh. Ornith. pag.* 152.
Alauda cristata cinerea. *Barr. Ornith. Class. III. Gen. XVI. sp.* 3.
Alauda arborea. *Schwenck. Avi. Sil. pag.* 193.
Alauda arborea, seu sylvatica; Alauda cristata minor Aldrovandi; *Rzac. Auct. Hist. nat. Pol. pag.* 354.
Alauda arborea, seu sylvatica; Alauda cristata minor; Calandra. *Rzac. Hist. nat. Pol. pag.* 269.
Aliud Galeritæ genus. *Gesn. Avi. pag.* 80.
Les Grecs l'appellent Κορυδὼν ἀγέλαῖος; Κορυδὼν ἀνώνυμος. *Schwenck.*
Les Catalans, COTURLIU. *Barr.*
Les Boulonnois, LODOLA CAMPAGNOLA. *Aldrov.*
Les Allemands, COPER. *Gesn. Aldrov.* MITTEL-LERCHE. *Schwenck.* WALD-LERCHE. *Schwenck. Rzac.*
Les Siléſiens, HEIDE-LERCHE. *Schwenck.*
Les Suisses, KOBEL-LERCH; STEIN-LERCH; BAUM-LERCH. *Aldrov.* STEIN-LERCHE; BAUM-LERCHE. *Schwenck.*
Les Anglois, LESSER CRESTED LARK. *Raj.* WOOD-LARCK. *Gesn. Aldrov.*

Præcedenti crassitie multò cedit. Per universum corpus superius subfusca est; in corpore verò inferiore albicat. Pennæ cristam efficien-

Elle est beaucoup plus petite que la précédente. Tout le dessus de son corps est brunâtre; & le dessous est blanc. Les plumes qui forment la hupe,

sont beaucoup plus longues que dans la précédente. Celles des aîles & celles de la queue sont de la même couleur que le dessus du corps. Les pieds sont rougeâtres. On la trouve dans les endroits couverts de bois, dans les plaines & dans les Bruyeres, où elle fait son nid. Elle est commune en *Italie* aux environs de *Bologne*.

tes multò sunt quàm in præcedente longiores. Remiges, rectricesque corpori superiori concolores. Pedes subrubri. Habitat in silvosis, planis & Ericâ consitis locis, ubi & nidificat. In *Italia* circa *Bononiam* frequens.

** 10. L'Alouette hupée du Sénégal.

Voyez Pl. XIX. Fig. 2.

Alauda cristata, superne fusco & griseo varia, infernè albicans; collo inferiore maculis fuscis insignito; remigibus interiùs in exortu rufescentibus; rectricibus binis utrinque extimis exteriùs albo-rufescentibus. Alauda Senegalensis cristata.

Elle est à peu près de la grosseur de l'*Alouette ordinaire*. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de six pouces six lignes, & jusqu'à celui des ongles de six pouces. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a neuf lignes & demie de long; sa queue deux pouces deux lignes; son pied dix lignes; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, huit lignes & demie : les latéraux sont beaucoup plus courts; & celui de derriere est de la

Alaudam vulgarem crassitie circiter æmulatur. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam sex pollices & totidem lineas æquat, & ad extremos ungues sex tantùm pollices. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos novem cum semi lineas longum est; cauda duos pollices & totidem lineas; pes decem lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue octo cum semi lineas : laterales multò sunt bre-

viores; posticus autem cum anticorum medio longitudine convenit. Alis expansis, extremitates majorum remigum undecim pollicum intervallo distant; alæ verò complicatæ ad tres quartas longitudinis caudæ partes usque protenduntur. Caput, pars colli superior, dorsum, uropygium, pennæ scapulares & superiores alarum tectrices fusco & griseo variegantur, unaquâque scilicet pennâ in medio fuscâ, & circa margines griseâ, ita tamen ut griseus color majus spatium occupet. Superiores caudæ tectrices ex griseo ad rufum inclinant. Guttur, collum inferius, pectus, venter, crura, inferioresque caudæ tectrices candicant; collum autem inferius minutis quibusdam maculis fuscis insignitur. Latera rufescunt, sicut & tectrices alarum inferiores. Remiges sunt griseo-fuscæ, oris exterioribus griseis; attamen ab ipsarum exortu ad duas circiter tertias longitudinis partes usque interiùs rufescunt. Cauda duodecim constat rectricibus, quarum binæ intermediæ griseæ: laterales autem omnes fuscæ, exceptâ utrinque ex-

même longueur que celui du milieu de ceux de devant. Elle a onze pouces de vol; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent jusqu'aux trois quarts de la longueur de la queue. La tête, la partie supérieure du col, le dos & le croupion sont variés de gris & de brun, cette derniere couleur occupant le milieu de chaque plume, & le gris en occupant les bords, mais de façon qu'il domine. Les plumes scapulaires & les couvertures du dessus des aîles sont variées de même & des mêmes couleurs. Les couvertures du dessus de la queue sont d'un gris tirant sur le roux. La gorge, la partie inférieure du col, la poitrine, le ventre, les jambes & les couvertures du dessous de la queue sont blanchâtres; & il y a quelques petites taches brunes à la partie inférieure du col. Les côtés & les couvertures du dessous des aîles sont roussâtres. Les plumes de l'aîle sont d'un gris-brun; elles ont leur bord extérieur gris; & depuis leur origine jusque vers les deux tiers de leur longueur leur côté intérieur est roussâtre. La queue est composée de douze plumes : les deux du milieu sont grises : toutes les latérales sont brunes, excepté la plus ex-

térieure de chaque côté, qui eſt d'un blanc-rouſſâtre dans preſque toute ſa largeur, & le bord extérieur de celle qui la ſuit, qui eſt de ce même blanc-rouſſâtre. Les plumes du milieu de la queue ſont un peu plus courtes que les latérales; ce qui rend la queue un peu fourchue. Quelques plumes du ſommet de la tête ſont plus longues que les autres, & forment une petite hupe. Le bec eſt de couleur de corne. Les pieds & les ongles ſont gris. On la trouve au *Sénégal*, d'où elle a été envoyée à *M. de Reaumur* par *M. Adanſon*.

timâ per totam fermè latitudinem albo-rufeſcente; proximè ſequens margine quoque donatur exteriore albo-rufeſcente. Rectrices intermediæ lateralibus paululùm longitudine cedunt; unde fit cauda nonnihil bifurca. In ſummo capite quædam ſunt plumulæ cæteris longiores, exiguam criſtam efformantes. Roſtrum corneo colore imbutum. Pedes, unguesque griſei. Habitat in *Senegalenſi* regione, unde in *muſeum Realmurianum* miſſa à *D. Adanſon*.

** 11. L'Alouette du Cap de Bonne Espérance.

Voyez Pl. XIX. Fig. 3.

Alauda ſuperne fuſco & griſeo varia, infernè ex rufo ad aurantium inclinans; gutture aurantio, lineâ fuſcâ circumdato; tæniâ ſupra oculos flavo-aurantiâ; rectricibus quatuor utrinque extimis apice albis . . . . Alauda capitis Bonæ Spei.

Elle eſt beaucoup plus groſſe que *notre Alouette hupée*. Sa longueur depuis le bout du bec juſqu'à celui de la queue eſt de ſept pouces ſix lignes, & juſqu'à celui des ongles de ſept pouces neuf lignes. Son bec depuis ſa pointe juſqu'aux coins de la bouche eſt long de dix

Alaudam criſtatam noſtratem multùm craſſitie ſuperat. Ipſius longitudo ab apice roſtri ad caudam extremam ſeptem pollices & ſex lineas explet, & ad extremos ungues ſeptem pollices & novem lineas. Roſtrum ab ipſius apice ad oris

angulos usque decem lineas longum est; cauda duos pollices & septem lineas; pes sexdecim lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue quindecim lineas: laterales multò sunt breviores; & posticus anticorum medii longitudinem paululùm antecellit. Ab extremo ad extremum alarum extensarum distantia est undecim pollicum & sex linearum; alæ verò complicatæ mediam caudæ longitudinem attingunt. Caput, collum superius, dorsum & uropygium sunt fusco & griseo varia, fusco scilicet cujuslibet pennæ medium occupante, & griseo circa margines posito, ita tamen ut fuscus color majus spatium occupet. Pennæ scapulares, quæ alas superne vestiunt, & superiores caudæ tectrices iisdem coloribus & simili modo variegantur, si tamen excipias ex superioribus alarum tectricibus minoribus quasdam marginibus aurantiis præditas. Guttur & pars colli inferior gutturi finitima elegantissimo tinguntur aurantio. Reliquum collum inferius & pectus sunt fusco, griseo & flavicante variegata; quos inter

lignes; sa queue de deux pouces sept lignes; son pied de seize lignes; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, de quinze lignes: les latéraux sont beaucoup plus courts; & celui de derriere est un peu plus long que celui du milieu de ceux de devant. Elle a onze pouces six lignes de vol; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent jusqu'à la moitié de la longueur de la queue. La tête, la partie supérieure du col, le dos & le croupion sont variés de brun & de gris; c'est-à-dire, que chaque plume est brune dans son milieu, & bordée de gris, mais de façon que le brun domine. Les plumes scapulaires, les couvertures du dessus des aîles & celles du dessus de la queue sont variées de même & des mêmes couleurs. Quelques-unes des petites couvertures du dessus des aîles sont cependant bordées d'orangé. La gorge & la partie inférieure du col qui en est la plus voisine, sont d'un très-bel orangé. Le reste du dessous du col & la poitrine sont variés de brun, de gris & de jaunâtre, & ces couleurs sont séparées de l'orangé par une bande brune, en fer à cheval, qui forme comme une espece de collier. Il y a aussi de

chaque côté de la tête une bande longitudinale d'un jaune-orangé, qui commence à l'origine du bec, & passe par-dessus les yeux. Le ventre, les côtés & les jambes sont d'un roux tirant sur l'orangé. Les couvertures du dessous de la queue sont brunes à leur origine, & terminées de gris. Le bord de l'aîle, vers le pli qui répond à celui du poignet, est orangé, ainsi que les couvertures du dessous des aîles. Les plumes de l'aîle sont brunes : le bord extérieur des grandes tire sur le jaune, & celui des moyennes est gris : & toutes ont depuis leur origine jusque vers les deux tiers de leur longueur leurs barbes intérieures terminées de gris ou de blanchâtre. La queue est composée de douze plumes : les deux du milieu sont d'un gris-brun : les deux qui les suivent, sçavoir une de chaque côté, sont tout-à-fait brunes : & les huit autres, sçavoir quatre de chaque côté, sont brunes à leur origine, & terminées de blanc : cette derniere couleur s'étend d'autant plus loin vers l'origine de la plume, qu'elle est plus extérieure. Les plumes du milieu de la queue sont un peu plus courtes que les latérales; ce qui rend la queue un peu fourchue.

colores & aurantium tænia extat fusca, ferri equini æmula, torquem quodammodo efficiens. In utroque capitis latere tænia quoque adest longitudinalis flavo-aurantia, ab exortu rostri orta, & supra oculos protensa. Venter, latera & crura ex rufo ad aurantium inclinant. Inferiores caudæ tectrices sunt in exortu fuscæ, griseo terminatæ. Margines alarum, versùs articulum carpo humano respondentem, & pennæ alas subtus cooperientes aurantiæ. Remiges fuscæ, oris exterioribus majorum ad luteum vergentibus, minorum griseis : in omnibus autem ab ipsarum exortu ad duas circiter tertias longitudinis partes usque pinnulæ interiores griseo sive candicante terminantur. Cauda duodecim constat rectricibus : binæ intermediæ sunt griseo-fuscæ : binæ quæ sequuntur, utrinque scilicet una, penitùs fuscæ : octo reliquæ, scilicet quatuor utrinque, in exortu fuscæ, apicibus albis : albedo autem eò magis versùs pennæ exortum protenditur, quò rectrix sit exterior. Rectrices intermediæ lateralibus paululùm longitudine cedunt; unde fit

cauda nonnihil bifurca. Rostrum, pedes, unguesque griseo-fusci. Habitat in *Capite Bonæ Spei*, unde in *museum Realmurianum* missa à *D. Abbate de la Caille.*

Le bec, les pieds & les ongles sont gris-bruns. On la trouve au *Cap de Bonne Espérance*, d'où elle a été envoyée à *M. de Reaumur* par *M. l'Abbé de la Caille.*

12. L'ALOUETTE DE VIRGINIE.

Alauda supernè subfusca, infernè albo-flavicans; gutture & collo inferiore luteis; tæniâ utrinque longitudinali nigrâ infra oculos; tæniâ transversâ lunulatâ in summo pectore nigrâ; remigibus, rectricibusque subfuscis . . . . ALAUDA VIRGINIANA.

Alauda gutture flavo, Virginiæ & Carolinæ. *Klein. Avi. pag.* 72, *N°.* 5.
Alauda hiemalis, sive nivalis. *Frisch. hujus icon accurata Tab.* 16.
Allouette, *Catesb. Tom. I. pag.* 32; *avec une figure exacte Pl.* 32.
Les Allemands l'appellent SCHNEE-LERCHE. *Frisch.*
Les Anglois, LARK. *Catesb.*

Crassitie *Alaudam nostratem* æmulatur. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam sex pollices & totidem circiter lineas æquat, & ad extremos ungues sex tantùm pollices. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos septem lineas longum est; cauda duos pollices cum septem lineis; pes undecim lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue decem lineas: laterales multò sunt breviores; & posticus anticorum medium nonnihil longitudine superat. Alæ

Elle est de la grosseur de *notre Alouette.* Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est d'environ six pouces six lignes, & jusqu'à celui des ongles de six pouces seulement. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a sept lignes de long; sa queue deux pouces sept lignes; son pied onze lignes; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, dix lignes : les latéraux sont beaucoup plus courts; & celui de derriere est un peu plus long que celui du milieu de ceux de devant. Ses aîles, lors-

qu'elles ſont pliées, s'étendent environ juſqu'aux deux tiers de la longueur de la queue. Les parties ſupérieures de la tête & du col, le dos, le croupion, les plumes ſcapulaires, les couvertures du deſſus des aîles & celles du deſſus de la queue ſont brunâtres. De chaque côté de la tête eſt une bande longitudinale jaune, dans laquelle les yeux ſont placés. La gorge & la partie inférieure du col ſont jaunes; il y a cependant de chaque côté une large bande noire, qui part des coins de la bouche, s'étend ſous les yeux, & deſcend juſque vers la moitié de la longueur du col. Au haut de la poitrine eſt une large bande tranſverſale noire, en forme de croiſſant, dont la concavité eſt tournée vers la tête, & qui forme une eſpece de collier. Le reſte de la poitrine, le ventre, les côtés, les jambes & les couvertures du deſſous de la queue ſont d'un blanc-jaunâtre & approchant de la couleur de paille. Les plumes de l'aîle & celles de la queue ſont de la même couleur que le deſſus du corps. Celles du milieu de la queue ſont plus courtes que les latérales; ce qui rend la queue un peu fourchue. Le bec & les ongles ſont noirs; & les pieds

complicatæ ad duas circiter tertias longitudinis caudæ partes uſque protenduntur. Superiores capitis & colli partes, dorſum & uropygium veſtiunt pennæ ſubfuſcæ. Scapulares, quæ alas ſuperne obtegunt, ſuperioreſque caudæ tectrices concolores. In utroque capitis latere tænia extat longitudinalis lutea, in qua oculi ſiti ſunt. Guttur & collum inferius lutea; utrinque tamen adeſt lata tænia nigra, ab oris angulis orta, infra oculos ducta, & mediam verſùs colli longitudinem uſque protenſa. Summum pectus latâ inſignitur tæniâ tranſverſâ nigrâ, lunulatâ, cujus concavitas caput ſpectat, quæque torquem quodammodo efficit. Reliquum pectus, venter, latera, crura, inferioreſque caudæ tectrices colore tinguntur albo-flavicante & propemodum paleari. Remiges alarum, ſicut & caudæ rectrices, corpori ſuperiori concolores. Rectrices intermediæ lateralibus longitudine cedunt; unde fit cauda paululùm bifurca. Roſtrum, ungueſque nigri; pedes verò griſei. Cantu ad *Alaudam noſtratem* accedit. Per hiemem habitat

bitat in *Virginia* & *Carolina*.

font gris. Son chant approche de celui de *notre Alouette*. On la trouve en hiver en *Virginie* & à *la Caroline*.

XL.

Genus Ficedulæ.

Hujus character est
Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet antici, posticus unus; omnes circiter usque ad exortum discreti :
Crura ad calcaneum usque plumosa :
Rostrum subulatum :
Nares detectæ :
Unguis digiti postici arcuatus, digitumque longitudine non superans.

XL.

Le genre du Becfigue.

Son caractere est d'avoir
Quatre doigts, dénués de membranes; trois devant, un derriere; tous séparés environ jusqu'à leur origine :
Les jambes couvertes de plumes jusqu'au talon :
Le bec en alesne :
Les narines découvertes :
L'ongle du doigt de derriere courbé en arc, & pas plus long que le doigt.

** 1. Le Becfigue.

Ficedula superne griseo-fusca, infernè cinereo-alba; ventre & oculorum ambitu albo-rufescentibus; tæniâ in alis transversâ albo-rufescente; rectricibus nigricantibus, oris exterioribus griseo-fuscis, binis utrinque extimis exteriùs ab exortu ferè ad apicem albis . . . . Ficedula.

Ficedula rostro & pedibus luteis. *Barr. Ornith. Class. III. Gen. XVIII. sp.* 1.
Ficedula. *Gesn. Avi. pag.* 384.
Gesn. icon. Avi. pag. 47.
Aldrov. Avi. Tom. II. pag. 758. *icones minimè accuratæ, maris pag.* 758, *& fœminæ pag.* 759.
Jonst. Avi. hujus icon ab Olina mutuata Tab. 33.
Charlet. Exer. pag. 88. *N°. IX. hujus icon minimè accurata pag.* 89.
Charlet. Onomazt. pag. 80. *N°. IX. eadem icon pag.* 82.
Rzac. Hist. nat. Pol. pag. 280.

Ficedula quarta. *Linn. Systh. Nat. ed. 6. Gen. 82. sp. 18.*
Ficedula quarta Aldrovandi. *Willugh. Ornith. pag.* 163.
Raj. Syn. Avi. pag. 81. *N°.* 12.
Curruca fusca, albâ maculâ in alis. *Frisch. maris icon accurata Tab.* 22.
Motacilla subfusca, subtus alba, pectore cinereo maculato. *Faun. Suec. Linn. N°.* 231.
Sylvia rectricibus alarum maculâ alba. *Klein. Avi. pag.* 79. *N°.* 13.
Beccafico ordinario. *Olina. pag.* 11, *in qua hujus icon non satis accurata.*
Les Grecs l'appellent Συκαλὶς. *Charlet.*
Les Catalans, BECAFIGUA; PAPAFIGO. *Barr.*
Les Italiens, BECCAFICO. *Aldrov. Charlet.* BECCAFICO ORDINARIO. *Olina.* BECCAFIGO; BECQUEFICO. *Aldrov.* BECQUEFIGO. *Gesn.*
Les Italiens aux environs du Lac Majeur, PICCAFYGA. *Gesn. Aldrov.*
Les Allemands, GRASZ-MUGG *ou* GRASZ-MUCH. *Gesn. Aldrov.* WUSTLING. *Rzac.*
Les Polonois, FIGOIADKA. *Rzac.*

Il est beaucoup moins gros que *notre Gobe-mouche*. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de quatre pouces onze lignes, & jusqu'à celui des ongles de quatre pouces huit lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a six lignes & demie de long; sa queue un pouce neuf lignes; son pied huit lignes; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, sept lignes: les latéraux sont un peu plus courts; & celui de derriere est de la même longueur que l'extérieur de ceux de devant. Il a sept pouces quatre lignes de vol; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent jusqu'aux deux tiers de la longueur de la queue. La tête, la

Muscicapæ nostrati crassitie multò cedit. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam quatuor pollices & undecim lineas æquat, & ad extremos ungues quatuor pollices & octo lineas. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos sex cum semi lineas longum est; cauda unum pollicem & novem lineas; pes octo lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue septem lineas: laterales paulò sunt breviores; posticus autem cum anticorum extimo longitudine convenit. Alis expansis, extremitates majorum remigum septem pollicum & quatuor linearum intervallo distant; alæ verò com-

plicatæ ad duas tertias longitudinis caudæ partes usque protenduntur. Caput, pars colli superior, dorsum, uropygium, pennæ scapulares & superiores caudæ tectrices sunt griseo-fuscæ. Oculorum ambitus ex albo rufescit. Guttur, collum inferius, pectus, latera & crura sunt cinereo-alba. Venter, inferiores caudæ tectrices & pennæ alas subtus cooperientes albent, & aliquid rufescentis admixtum habent. Margines alarum, versùs articulum carpo humano respondentem, concolores. Superiores alarum tectrices minores griseo-fuscæ: majores cinereo-fuscæ, apicibus donatæ albo-rufescentibus, quibus fit in utraque ala tænia transversa concolor. Remiges sunt cinereo-fuscæ, oris exterioribus griseo-fuscis præditæ, exceptis tamen tribus corpori finitimis, exteriùs albo fimbriatis. Caudam componunt duodecim rectrices nigricantes, oris exterioribus griseo-fuscis; attamen utrinque extima in latere exteriore ab ipsius exortu ferè ad apicem usque albet; & proximè sequens in latere quoque exteriore ab ipsius exortu ad duas

partie supérieure du col, le dos, le croupion, les plumes scapulaires & les couvertures du dessus de la queue sont d'un gris-brun. Le tour des yeux est d'un blanc-roussâtre. La gorge, la partie inférieure du col, la poitrine, les côtés & les jambes sont d'un gris-blanc. Le ventre, les couvertures du dessous de la queue & celles du dessous des aîles, ainsi que le bord de l'aîle, vers le pli qui répond à celui du poignet, sont d'un blanc mêlé d'une légere teinte de roussâtre. Les petites couvertures du dessus des aîles sont d'un gris-brun: les grandes sont d'un cendré-brun, & terminées d'un blanc mêlé d'une légere teinte de roussâtre; ce qui forme sur chaque aîle une bande transversale de cette couleur. Les plumes de l'aîle sont d'un cendré-brun; leur bord extérieur est d'un gris-brun, excepté celui des trois plus proches du corps, qui est blanc. La queue est composée de douze plumes noirâtres, & bordées extérieurement de gris-brun; cependant la plus extérieure de chaque côté est blanche du côté extérieur depuis son origine presque jusqu'à son bout; & celle qui la suit immédiatement a aussi son côté extérieur blanc depuis son origine jus-

qu'aux deux tiers de sa longueur. Le bec, les pieds & les ongles sont noirâtres. Il mange volontiers des *Figues*. *Du cabinet de M. de Reaumur.*

tertias longitudinis partes usque alba est. Rostrum, pedes, unguesque nigricant. *Ficis* delectatur. *Ex museo Realmuriano.*

** 2. LA FAUVETTE.

Ficedula superne griseo-fusca, inferne alba, cum aliqua rufescentis mixtura; tæniâ supra oculos albicante; rectricibus fuscis, oris exterioribus griseo-fuscis, extimâ obliquè plusquam dimidiatim sordidè albâ . . . . CURRUCA.

Ficedula septima. *Linn. Systh. Nat. ed. 6. Gen.* 82. *sp.* 19.
Ficedula septima Aldrovandi. *Willugh. Ornith. pag.* 158. *Raj. Syn. Avi. pag.* 79. *N°. A.* 7.
Motacilla virescente-cinerea, artubus fuscis, subtus flavescens, abdomine albo. *Faun. Suec. Linn. N°.* 234.
Scatarello vulgò. *Aldrov. Avi. Tom. II. pag.* 759. *hujus icon minimè accurata pag.* 760.
Les Italiens l'appellent BECCAFIGO. *Raj.*
Les Boulonnois, SCATARELLO. *Aldrov. Willugh.*
Les Génois, BECCAFICO. *Aldrov. Willugh.*
Les Habitans de la Province d'Yorck, PETTICHAPS. *Raj.*

Elle approche de la grosseur du *Moineau franc*. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de six pouces, & jusqu'à celui des ongles de cinq pouces trois lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a huit lignes & demie de long; sa queue deux pouces six lignes; son pied dix lignes; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, sept lignes & demie : les latéraux sont un peu plus courts; & celui de der-

Ad *Passeris domestici* crassitiem accedit. Ipsius longitudo à rostri apice ad caudæ extremitatem sex pollices æquat, & ad extremos ungues quinque pollices & tres lineas. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos usque octo cum semi lineas longum est; cauda duos pollices cum sex lineis; pes decem lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue septem cum semi lineas : laterales paulò sunt

breviores; & posticus anticorum extimum longitudine æmulatur. Ab extremo ad extremum alarum extensarum distantia est octo pollicum & decem linearum; alæ verò complicatæ nonnihil ultra tertiam longitudinis caudæ partem extenduntur. Caput, partem colli superiorem, dorsum & uropygium vestiunt pennæ griseo-fuscæ: scapulares & tectrices caudæ superiores concolores; griseo-fuscus autem color fit in capite saturatior quàm in reliquis prædictis partibus. In utroque capitis latere exigua extat tænia longitudinalis albicans, ab exortu rostri orta, supra oculum, & non ultrà, producta. Guttur, collum inferius, pectus, venter, inferiores caudæ tectrices, pennæ alas subtus cooperientes, sicut & alarum margines, versùs articulum carpo humano respondentem, albent cum aliqua rufescentis mixtura: qui color ad anum magìs ad rufescentem accedit. Latera & crura grisea sunt, & aliquid similiter rufescentis admixtum habent. Superiores alarum tectrices minores griseo-fuscæ: majores cinereo-fuscæ, mar-

riere est de la même longueur que l'extérieur de ceux de devant. Elle a huit pouces dix lignes de vol; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent un peu au-delà du tiers de la longueur de la queue. La tête, la partie supérieure du col, le dos, le croupion, les plumes scapulaires & les couvertures du dessus de la queue sont d'un gris-brun: cette couleur est plus foncée sur la tête qu'ailleurs. De chaque côté de la tête est une petite bande longitudinale blanchâtre, qui part de l'origine du bec, & s'étend jusque sur l'œil, mais ne va pas au-delà. La gorge, la partie inférieure du col, la poitrine, le ventre, les couvertures du dessous de la queue & celles du dessous des aîles, ainsi que le bord de l'aîle, vers le pli qui répond à celui du poignet, sont d'un blanc mêlé d'une légere teinte de roussâtre: cette teinte est plus forte vers l'anus qu'ailleurs. Les côtés & les jambes sont d'un gris aussi mêlé d'une légere teinte de roussâtre. Les petites couvertures du dessus des aîles sont d'un gris-brun: les grandes sont d'un cendré-brun, & bordées de gris-roussâtre. Les plumes de l'aîle sont d'un cendré-brun; leur bord extérieur est d'un gris-brun, &

l'intérieur est blanchâtre. La queue est composée de douze plumes brunes, bordées extérieurement de gris-brun : il faut cependant en excepter la plus extérieure de chaque côté, dont le côté extérieur est d'un blanc sale, & le côté intérieur brun à son origine & d'un blanc sale vers le bout, ces deux couleurs le coupant obliquement. Le bec est noirâtre, excepté l'origine du demi-bec inférieur, qui est d'un brun clair. Les pieds & les ongles sont bruns. Elle se nourrit d'*Insectes*. *Du cabinet de M. de Reaumur.*

ginibus griseo-rufescentibus præditæ. Remiges quoque cinereo-fuscæ, oris exterioribus griseo-fuscis, interioribus albidis. Caudam componunt duodecim rectrices fuscæ, oris exterioribus griseo-fuscis : utrinque tamen extima in latere exteriore sordidè albet, interiùs verò in exortu fusca est & versùs apicem sordidè alba, duobus istis coloribus latus interius obliquè dividentibus. Rostrum nigricans, excepto mandibulæ inferioris exortu dilutè fusco. Pedes, unguesque fusci. *Insectis* victitat. *Ex museo Realmuriano.*

** 3. La petite Fauvette.

Ficedula superne grisea, infernè cinereo-alba, cum aliqua rufescentis mixtura; ventre albo; rectricibus superne griseo-fuscis, subtus dilutè cinereis . . . . Curruca minor.

Borin Genuensibus. *Aldrov. Avi. Tom. II. pag.* 733. *hujus icon minimè accurata pag.* 734.
Borin. *Jonst. Avi. hujus icon ab Aldrovando mutuata Tab.* 44.
Muscicapa secunda Aldrovandi, seu Borin Genuensium. *Willugh. Ornith. pag.* 158.
Raj. Syn. Avi. pag. 81. *N°.* 10.
Parum paluſtrem craſſitie circiter æmulatur; ſed corpore donatur aliquantò productiore. Ipſius longitudo ab apice roſtri ad caudam extremam & extremos ungues ſex circiter pollices explet. Digitorum anticorum laterales medio multò ſunt breviores; poſticus autem ad anticorum medii longitudinem accedit. Alis expanſis, extremitates majorum remigum octo circiter pollicum intervallo diſtant. Caput cinereum eſt. Pars colli ſuperior, dorſum, uropygium, pennæ ſcapulares, caudam ſuperne cooperientes, alarumque tectrices ſuperiores ex cinereo rufeſcunt. Guttur albet. Pars colli inferior ex albo rufeſcit. Pectus, venter & reliquum corpus inferius ex albo quoque ru-

Elle eſt à peu près de la groſſeur de la *Méſange de marais*; mais elle a le corps un peu plus allongé. Sa longueur depuis le bout du bec juſqu'à celui de la queue & celui des ongles eſt d'environ ſix pouces. Les latéraux des doigts antérieurs ſont beaucoup plus courts que celui du milieu; & celui de derriere eſt preſqu'auſſi long que ce dernier. Elle a environ huit pouces de vol. La tête eſt cendrée. La partie ſupérieure du col, le dos, le croupion, les plumes ſcapulaires, les couvertures du deſſus de la queue & celles du deſſus des aîles ſont d'un cendré-rouſſâtre. La gorge eſt blanche. La partie inférieure du col eſt d'un blanc-rouſſâtre. La poitrine, le ventre & tout le reſte du deſſous du corps ſont de la même couleur, mais plus claire. Les plumes de l'aîle ſont

d'un cendré-rouſſâtre ; le bord extérieur de la premiere ou plus extérieure eſt blanc, & celui des plus proches du corps eſt rouſſâtre. La queue eſt compoſée de douze plumes : les huit du milieu ſont noires, & bordées extérieurement de gris, principalement celles du milieu : celle qui les ſuit de chaque côté, eſt de la même couleur, mais elle eſt de plus terminée de blanc : la plus extérieure de chaque côté eſt blanche du côté extérieur & dans plus de la moitié du côté intérieur, le reſte eſt noir. L'iris des yeux eſt d'une couleur de *noiſette*. Le dedans de la bouche eſt jaune. Le demi-bec ſupérieur eſt noirâtre, & l'inférieur eſt blanc. Les pieds ſont dans les unes d'un brun-jaunâtre, & dans d'autres d'une couleur de plomb preſque noire.

La *femelle* différe du *mâle* par ſa poitrine, qui eſt tout-à-fait blanche.

Elles ſe nourriſſent d'*Inſectes*. On les trouve pendant l'été en *Angleterre*.

feſcunt, ſed dilutiùs. Remiges ſunt cinereo-rufeſcentes : primæ ſeu extimæ margo exterior albet ; corpori viciniorum oræ exteriores rufeſcunt. Caudam componunt duodecim rectrices ; quarum octo intermediæ nigræ, oris exterioribus, præcipuè mediarum, leucophæis : utrinque proximè ſequens concolor, ſed apice alba : utrinque extima in latere exteriore & dimidia plus parte interioris alba, in reliquis nigra. Oculorum irides avellaneæ. Os intus flavum. Mandibula ſuperior nigricans, inferior alba. Pedes in aliis ex fuſco flaveſcentes, in alteris ex plumbeo colore nigri.

Fœmina à *mare* diſcrepat pectore penitùs candido.

Inſectis victitant. Habitant æſtate in *Anglia*.

5. LA MÉSANGE A TESTE NOIRE.

Parus superne cinereus, infernè albus, cum aliqua rufescentis mixtura; capite & collo inferiore nigris; maculâ infra oculos candidâ, nigro circumdatâ; maculâ in occipitio altâ; tæniâ duplici transversâ in alis candidâ; rectricibus superne cinereo-fuscis, oris exterioribus griseis, infernè cinereis.... PARUS ATRICAPILLUS.

Parus capite nigro, vertice albo, dorso cinereo, pectore albo. *Faun. Suec. Linn.* N°. 241.
Parus ater. *Gesn. Avi. pag.* 641, *in qua hujus icon minimè accurata.*
Gesn. icon. Avi. pag. 46, *in qua eadem icon.* (*fig. secunda*).
Aldrov. Avi. Tom. II. pag. 723, *in qua hujus icon à Gesnero mutuata.*
Schwenck. Avi. Sil. pag. 320.
Linn. Syst. Nat. ed. 6. *Gen.* 83. *sp.* 4.
Parus ater Gesneri. *Willugh. Ornith. pag.* 175. *hujus icon à Gesnero mutuata Tab. XLIII.*
Raj. Syn. Avi. pag. 73. *N°. A.* 2.
Parus ater, qui Carbonarius. *Barr. Ornith. Class. III. Gen. XXIV. sp* 1.
Parus ater, qui & Carbonarius. *Jonst. Avi. pag.* 86. *hujus icon minimè accurata Tab.* 43, *sub titulo*, Parus sylvaticus: *& altera icon à Gesnero mutuata Tab.* 44.
Parus Carbonarius minor, seu Parus ater Schwenckfeldii; Parus caninus. *Rzac. Auct. Hist. nat. Pol. pag.* 404.
Parus minor atris tractibus. *Frisch. hujus icon accurata Tab.* 13.
Parus sylvaticus. *Klein. Avi. pag.* 85. *N°.* 2.
Parus major, Carbonarius. *Charlet. Onomazt. pag.* 90. *N°.* 1.
Parus major, Carbonarius, Ater. *Charlet. Exer. pag.* 96. *N°.* 1.
Les Catalans l'appellent CARBONÉ. *Barr.*
Les Allemands, KOL-MEISS. *Gesn. Aldrov.* KLEINE KOL-MEISE. *Schwenck.* KLEINE KOHL-MEISE. *Rzac.* KLEINE KOHL-MAISE; TANNEN-MAISE. *Frisch.*
Les Silésiens, HUNDS-MEISE. *Schwenck.* HUNDS-MAISE. *Klein.*
Les Polonois, SIKORA CZARNA MNIEYSSA. *Rzac.*
Les Anglois, COLEMOUSE. *Willugh. Raj. Charlet.*

Paro cœruleo multùm crassitie cedit. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam quatuor pollices &

Elle est beaucoup moins grosse que la *Mésange bleue*. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue

eſt de quatre pouces une ligne, & juſqu'à celui des ongles de trois pouces ſept lignes. Son bec depuis ſa pointe juſqu'aux coins de la bouche a quatre lignes & demie de long; ſa queue un pouce huit lignes; ſon pied ſept lignes; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, ſix lignes : les latéraux ſont un peu plus courts; & celui de derriere eſt preſqu'auſſi long que celui du milieu de ceux de devant. Elle a ſix pouces huit lignes de vol; & ſes aîles, lorſqu'elles ſont pliées, s'étendent environ juſqu'à la moitié de la longueur de la queue. La tête, la gorge, la partie inférieure & les côtés du col ſont noirs; il y a cependant de chaque côté de la tête une grande tache blanche, qui part des coins de la bouche, & s'étend ſous les yeux & le long des côtés du col : cette tache eſt toute entourée de noir. Il y a auſſi une tache blanche ſur l'occiput. La partie ſupérieure du col, le dos & le croupion ſont cendrés. Les plumes ſcapulaires, les couvertures du deſſus de la queue & les plus petites du deſſus des aîles ſont de la même couleur. La poitrine, le ventre, les côtés, les jambes, les couvertures du deſſous de la queue

lineam unam æquat, & ad extremos ungues tres pollices & ſeptem lineas. Roſtrum ab ipſius apice ad oris angulos uſque quatuor cum ſemi lineas longum eſt; cauda unum pollicem cum octo lineis; pes ſeptem lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue ſex lineas : laterales paulò ſunt breviores; poſticus autem ad anticorum medii longitudinem accedit. Alis expanſis, extremitates majorum remigum ſex pollicum & octo linearum intervallo diſtant; alæ verò complicatæ mediam circiter longitudinem caudæ pertingunt. Caput, guttur, collumque inferiùs & ad latera pennis veſtiuntur nigris; attamen in utroque capitis latere majuſcula extat macula candida, ab oris angulis orta, infra oculos & ſecundùm colli latera protenſa : cujus maculæ circumferentiam ambit nigredo. Occipitium albâ quoque inſignitur maculâ. Collum ſuperius, dorſum & uropygium ſunt cinerea. Pennæ ſcapulares, quæ caudam ſuperne cooperiunt, alarumque ſuperiores tectrices minimæ eodem colore imbutæ. Pectus, venter, latera,

tera, crura, inferiores caudæ tectrices & pennæ alas subtus obtegentes albent, & aliquid rufescentis admixtum habent. Tectrices alarum superiores majores & mediæ sunt griseæ, apicibusque donantur candidis, quibus fit in utraque ala duplex tænia transversa concolor. Remiges subtus cinereæ, superne verò cinereo-fuscæ, oris exterioribus griseis. Remix prima brevissima est. Caudam componunt duodecim rectrices remigibus concolores. Intermediæ lateralibus paululùm longitudine cedunt; unde fit cauda nonnihil bifurca. Rostrum nigrum. Pedes, unguesque plumbeo colore tincti. In sylvis & hortis habitat. *Ex museo Realmuriano.*

& celles du dessous des aîles sont d'un blanc mêlé d'une légere teinte de roussâtre. Les grandes & les moyennes couvertures du dessus des aîles sont grises, & terminées de blanc; ce qui forme sur chaque aîle deux bandes transversales de cette couleur. Les plumes de l'aîle sont cendrées en-dessous, mais en-dessus elles sont d'un cendré-brun, & bordées extérieurement de gris. La premiere des plumes de l'aîle est extrêmement courte. La queue est composée de douze plumes de la même couleur que celles des aîles. Celles du milieu sont tant soit peu plus courtes que les latérales; ce qui rend la queue un peu fourchue. Le bec est noir. Les pieds & les ongles sont d'une couleur de plomb. On la trouve dans les bois & les jardins. *Du cabinet de M. de Reaumur.*

** 6. LA MÉSANGE A TESTE NOIRE DE CANADA.

Voyez Pl. XXIX. Fig. 1.

Parus superne saturatè cinereus, infernè albus; capite superiore & gutture nigris; rectricibus lateralibus exteriùs cinereis, oris cinereo-albis, interiùs fuscis . . . . PARUS CANADENSIS ATRICAPILLUS.

Cum *Paro palustri* crassitie circiter convenit. Ipsius

Elle est à peu près de la grosseur de la *Mésange de marais.*

Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de quatre pouces six lignes, & jusqu'à celui des ongles de trois pouces sept lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a cinq lignes de long; sa queue deux pouces deux lignes; son pied sept lignes & demie; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, cinq lignes & demie : les latéraux sont un peu plus courts; & celui de derriere est presqu'aussi long que celui du milieu de ceux de devant. Elle a sept pouces deux lignes de vol; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent un peu au-delà de la moitié de la longueur de la queue. La partie supérieure de la tête & la gorge sont noires. La partie supérieure du col, le dos, les plumes scapulaires & les petites couvertures du dessus des aîles sont d'un cendré très-foncé. Le croupion est d'un cendré plus clair. Les couvertures du dessus de la queue sont d'un blanc sale. Les joues, la partie inférieure & les côtés du col, la poitrine, le ventre, les couvertures du dessous de la queue, celles du dessous des aîles & les côtés sont blancs. Les jambes sont cendrées. Les grandes

longitudo ab apice rostri ad caudam extremam quatuor pollices & sex lineas æquat, & ad extremos ungues tres pollices & septem lineas. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos quinque lineas longum est; cauda duos pollices & totidem lineas; pes septem cum semi lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue quinque cum semi lineas : laterales paulò sunt breviores; posticus autem anticorum medium longitudine ferè adæquat. Ab extremo ad extremum alarum extensarum distantia est septem pollicum & duarum linearum; alæ verò complicatæ nonnihil ultra mediam caudæ longitudinem extenduntur. Caput superius & guttur vestiunt pennæ nigræ. Quæ partem colli superiorem & dorsum obtegunt, sunt saturatissimè cinereæ. Pennæ scapulares & superiores alarum tectrices minores concolores. Uropygium dilutiùs cinereum. Superiores caudæ tectrices sordidè albæ. Genæ, collum inferiùs & ad latera, pectus, venter, latera, inferiores caudæ tectrices & pennæ alas subtus cooperientes albent. Crura

cinerea sunt. Superiores alarum tectrices majores fuscæ, marginibus griseis prædita. Remiges fuscæ, oris exterioribus cinereo-albis, interioribus candicantibus. Cauda duodecim conflatur rectricibus, quarum binæ intermediæ eodem imbuuntur cinereo ac dorsum ipsum tingitur : laterales sunt interiùs fuscæ, exteriùs verò cinereæ, cinereo-albo fimbriatæ. Rostrum nigrum. Pedes, unguesque nigricantes. Habitat in *Canada*, unde in *museum Realmurianum* missus à *D. Gautier*.

couvertures du dessus des aîles sont brunes, & bordées de gris. Les plumes de l'aîle sont brunes ; leur bord extérieur est gris-blanc, & l'intérieur est blanchâtre. La queue est composée de douze plumes : les deux du milieu sont du même cendré que celui du dos : les latérales sont brunes du côté intérieur, leur côté extérieur est cendré, & bordé de gris-blanc. Le bec est noir. Les pieds & les ongles sont noirâtres. On la trouve en *Canada*, d'où elle a été envoyée à *M. de Reaumur* par *M. Gautier*.

** 7. La Mésange de marais ou la Nonette cendrée.

Parus superne griseus, infernè albus, cum aliquâ rufescentis mixtura ; capite superiore & gutture nigris ; genis & collo inferiore candidis ; rectricibus superne cinereo-fuscis, oris exterioribus griseis, infernè cinereis . . . . . . Parus palustris.

Parus capite nigro, temporibus albis, dorso cinereo. *Faun. Suec. Linn. N°.* 242.

Parus cinereus vertice nigro. *Frisch. hujus icon accurata Tab.* 13.

Parus palustris. *Gesn. Avi. pag.* 641. *hujus icon minùs accurata pag.* 642.
Aldrov. Avi. Tom. II. pag. 722, *in qua hujus icon pessima.*
Jonst. Avi. pag. 86. *hujus icon à Gesnero mutuata Tab.* 44.
Charlet. Exer. pag. 96. *N°.* 3.
Charlet. Onomazt. pag. 90. *N°.* 3.
Linn. Systh. Nat. ed. 6. *Gen.* 83. *sp.* 5.

Parus palustris vulgò dictus. *Gesn. icon. Avi. pag.* 46, *in qua hujus icon minùs accurata.*

Parus palustris Gesneri, Aldrovandi. *Willugh. Ornith. pag.* 175. *hujus icon ab Aldrovando mutuata Tab. XLIII.*
Raj. Syn. Avi. pag. 73. *N°. A.* 3.

Parus fuſcus. *Schwenck. Avi. Sil. pag.* 320.

Parus fuſcus, cinereus, paluſtris, atricapillus. *Klein. Avi. pag.* 85. *N°.* 4.

Parus fuſcus Schwenckfeldii; Parus cinereus; Parus paluſtris Geſneri; Parus atricapillus Aldrovandi. *Rzac. Auct. Hiſt. nat. Pol. pag.* 404.

An Paſſer arundinaceus minor? *Willugh. Ornith. pag.* 99. *Raj. Syn. Avi. pag.* 47. *N°. A.* 3.

Quatriéme eſpece de Méſange. *Bel. Hiſt. nat. des Oiſ. pag.* 370.

Oiſeau à bonnet noir. *Alb. Tom. III. pag.* 25; *avec une figure paſſable Pl.* 58. *fig.* 1.

Les Boulonnois l'appellent PARONZINO. *Aldrov. Jonſt.*

Les Allemands, MUR-MEISS; RIET-MEISS; AESCH-MEISSLE; KAAT-MEISSLE. *Geſn. Aldrov.* REIT-MEISS. *Geſn.* MUR-MEISE; KOTT-MEISE; RIED-MEISZLIN. *Schwenck.* PFEUTZ-MEISE. *Rzac.* ASCH-MEISE. *Schwenck. Rzac.* ASCH-MAISE. *Friſch.*

Les Siléſiens, GRAW MEISZLIN. *Schwenck.*

Les Suiſſes, KOL-MEISS. *Geſn. Aldrov.*

Les Polonois, SIKORA POPIELATA. *Rzac.*

Les Suédois, EN-TITA; TOMLINGE. *Linn.*

Les Anglois, MARSH-TITMOUSE. *Willugh. Raj.* FEN-TITMOUSE. *Charlet.* BLACK-CAP. *Willugh. Raj. Charlet. Alb.*

Elle n'eſt pas tout-à-fait ſi groſſe que la *Méſange bleue.* Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue eſt de quatre pouces quatre lignes, & juſqu'à celui des ongles de trois pouces ſept lignes. Son bec depuis ſa pointe juſqu'aux coins de la bouche a quatre lignes de long; ſa queue deux pouces; ſon pied ſept lignes; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, ſix lignes: les latéraux ſont un peu plus courts; & celui de derriere eſt preſqu'auſſi long que celui du milieu de ceux de devant. Elle a ſept pouces de vol; & ſes aî-

Paro cœruleo nonnihil craſſitie cedit. Ipſius longitudo ab apice roſtri ad caudam extremam quatuor pollices & totidem lineas explet, & ad extremos ungues tres pollices & ſeptem lineas. Roſtrum ab ipſius apice ad oris angulos uſque quatuor lineas longum eſt; cauda duos pollices; pes ſeptem lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue ſex lineas: laterales paulò ſunt breviores; poſticus autem ad anticorum medii longitudinem accedit. Alis expanſis, extremitates majorum remigum ſeptem

pollicum intervallo distant; alæ verò complicatæ mediam caudæ longitudinem attingunt. Caput superius nigrum est; nigredo autem supra collum superius nonnihil protenditur. Guttur quoque maculâ insignitur nigrâ. Caput ad latera, sive genæ & collum inferius albent. Pars colli superior, dorsum, uropygium, pennæ scapulares, alas superne vestientes & superiores caudæ tectrices sunt griseæ. Pectus, venter, latera, crura, inferiores caudæ tectrices & pennæ alas subtus obtegentes albent, & aliquid rufescentis admixtum habent. Remiges sunt subtus cinereæ, superne verò cinereofuscæ, exteriùs griseo fimbriatæ. Remix prima brevissima. Caudam componunt duodecim rectrices remigibus concolores. Rostrum nigrum. Pedes, unguesque plumbeo colore tincti. In paludosis locis habitat. *Ex museo Realmuriano.*

les, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent jusqu'à la moitié de la longueur de la queue. La partie supérieure de la tête est noire : cette couleur s'étend un peu sur la partie supérieure du col. Il y a aussi sous la gorge une tache de même couleur. Les côtés de la tête ou les joues & la partie inférieure du col sont blancs. La partie supérieure du col, le dos & le croupion sont gris. Les plumes scapulaires, les couvertures du dessus des aîles & celles du dessus de la queue sont de la même couleur. La poitrine, le ventre, les côtés, les jambes, les couvertures du dessous de la queue, & celles du dessous des aîles sont d'un blanc mêlé d'une légere teinte de roussâtre. Les plumes de l'aîle sont cendrées en-dessous, mais en-dessus elles sont d'un cendré-brun, & bordées extérieurement de gris. La premiere des plumes de l'aîle est extrêmement courte. La queue est composée de douze plumes de la même couleur que celles des aîles. Le bec est noir. Les pieds & les ongles sont d'une couleur de plomb. On la trouve dans les endroits marécageux. *Du cabinet de M. de Reaumur.*

** 8. La Mésange hupée.

Parus criſtatus, ſuperne griſeo-rufeſcens, infernè candicans; criſtâ ex albido & nigro varia, tæniâ ponè oculos nigrâ; tæniâ arcuatâ nigrâ genarum partem infimam cingente; gutture nigro; rectricibus griſeis, oris exterioribus griſeo-rufeſcentibus . . . . Parus cristatus.

Parus capite criſtato. *Faun. Suec. Linn. N°.* 239.
Parus criſtatus. *Geſn. Avi. pag.* 642, *in qua hujus icon non ſatis accurata.*
Aldrov. Avi. Tom. II. pag. 723, *in qua hujus icon à Geſnero mutuata.*
Schwenck. Avi. Sil. pag. 321.
Jonſt. Avi. pag. 86. *hujus icon à Geſnero mutuata Tab.* 44.
Charlet. Exer. pag. 96. *N°.* 5.
Charlet. Onomazt. pag. 90. *N°.* 5.
Friſch. hujus icon accurata Tab. 14.
Linn. Syſth. Nat. ed. 6. *Gen.* 83. *ſp.* 2.
Parus criſtatus vulgò. *Geſn. icon. Avi. pag.* 46, *in qua hujus icon non ſatis accurata.*
Parus criſtatus Aldrovandi. *Willugh. Ornith. pag.* 175. *hujus icon à Geſnero mutuata Tab. XLIII.*
Raj. Syn. Avi. pag. 74. *N°.* 6.
Parus criſtatus Schwenckfeldii. *Rzac. Auct. Hiſt. nat. Pol. pag.* 404.
Klein. Avi. pag. 85. *N°.* 6.
Parus criſtatus Jonſtoni. *Barr. Ornith. Claſſ. III. Gen. XXIV. ſp.* 5.
Méſange huppé. *Alb. Tom. II. pag.* 37; *avec une figure mal coloriée Pl.* 57. *fig.* 2.
Les Allemands l'appellent Kobel-meiss; Heubel-meiss; Heyden-meiss; Struss-meisslin. *Geſn. Aldrov.* Kobel-meise; Heubel-meise; Heiden-meise; Straus-meislin. *Schwenck.* Straus-meise. *Rzac.* Hauben-maise. *Friſch.*
Les Polonois, Sikora czubata. *Rzac.*
Les Suédois, Tofs-myssa; Tofs-tita; Mesghatt. *Linn.*
Les Anglois, Crested Titmouse. *Willugh. Raj. Charlet. Alb.* Juniper Titmouse. *Charlet.*

Elle eſt à peu près de la groſſeur de la *Méſange bleue.* Sa longueur depuis le bout du bec juſqu'à celui de la queue eſt

Cum *Paro cœruleo* craſſitie circiter convenit. Ipſius longitudo ab apice roſtri ad caudam extremam quatuor

pollices & novem lineas æquat, & ad extremos ungues quatuor pollices & totidem lineas. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos quinque cum semi lineas longum est ; cauda unum pollicem & decem lineas ; pes octo lineas ; & trium digitorum anticorum medius cum ungue sex lineas : laterales paulò sunt breviores ; posticus autem anticorum medii longitudinem æmulatur. Alis expansis, extremitates majorum remigum septem pollicum & trium linearum intervallo distant ; alæ verò complicatæ nonnihil ultra mediam caudæ longitudinem extenduntur. Omnem capitis superiorem partem vestiunt pennæ nigræ, in tota circumferentia albido fimbriatæ. In syncipite solus color albidus conspicuus est ; dum autem pennæ sensim atque sensim fiunt longiores, apparet nigredo, quæ partem capitis superiorem elegantissimè variegat. In capitis vertice pennæ quædam octo cum semi linearum longitudinem obtinent, elegantissimamque cristam efformant. Genæ sunt candicantes. In utroque capitis latere tænia

de quatre pouces neuf lignes, & jusqu'à celui des ongles de quatre pouces quatre lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a cinq lignes & demie de long ; sa queue un pouce dix lignes ; son pied huit lignes ; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, six lignes : les latéraux sont un peu plus courts ; & celui de derriere est de la même longueur que celui du milieu de ceux de devant. Elle a sept pouces trois lignes de vol ; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent un peu au-delà de la moitié de la longueur de la queue. Toute la partie supérieure de la tête est couverte de plumes noires, bordées tout autour de blanchâtre. Il n'y a que cette derniere couleur qui paroît sur le synciput ; mais à mesure que les plumes deviennent de plus longues en plus longues, le noir se montre, & rend le dessus de la tête fort joliment varié. Quelques-unes des plumes du sommet de la tête ont jusqu'à huit lignes & demie de long, & forment une très-jolie hupe. Les joues sont blanchâtres. De chaque côté de la tête, derriere l'œil, commence une bande noire, qui s'étend jusque

vers l'occiput, & se réunit en cet endroit à une autre bande de la même couleur, courbée en arc, qui va joindre la gorge, en passant par-dessous les joues. La gorge est noire : cette couleur s'étend sur la partie inférieure du col. Le dessus du col, le dos, le croupion, les plumes scapulaires, les couvertures du dessus des aîles & celles du dessus de la queue sont d'un gris qui tire tant soit peu sur le roussâtre. La poitrine, le ventre & les couvertures du dessous des aîles sont blanchâtres. Les côtés sont roussâtres. Les couvertures du dessous de la queue sont de la même couleur, mais plus claire. Les plumes de l'aîle sont d'un gris foncé, bordées extérieurement de gris-roussâtre & intérieurement de blanchâtre : le bord extérieur des grandes est aussi de cette derniere couleur depuis environ la moitié de leur longueur jusque vers leur bout. La queue est composée de douze plumes grises, bordées extérieurement de gris-roussâtre. Celles du milieu sont un peu plus courtes que les latérales; ce qui rend la queue un peu fourchue. Le bec est noirâtre. Les pieds sont d'une couleur de plomb; & les ongles gris. On la trouve dans les bois. Elle est

extat nigra, ponè oculum orta, versùs occipitium usque protensa, ibique alteri connexa tæniæ similiter nigræ, arcuatæ, infra genas productæ & guttur pertingenti. Guttur nigrum est : nigredo autem supra partem colli inferiorem extenditur. Collum superius, dorsum, uropygium, pennæ scapulares, superiores alarum tectrices, quæque caudam superne obtegunt, ex griseo nonnihil ad rufescentem colorem inclinant. Pectus, venter & tectrices alarum inferiores candicant. Latera rufescunt. Inferiores caudæ tectrices eodem imbuuntur colore, sed dilutiore. Remiges sunt saturatè griseæ, marginibus præditæ exterioribus griseo-rufescentibus, interioribus candicantibus : majorum oræ exteriores à media circiter remigis longitudine versùs apicem usque similiter candicant. Caudam componunt duodecim rectrices griseæ, exteriùs griseo-rufescente fimbriatæ. Intermediæ lateralibus paululùm longitudine cedunt; unde fit cauda nonnihil bifurca. Rostrum nigricans. Pedes plumbeo colore tincti; ungues verò grisei. Habitat

bitat

bitat in sylvis. In *Normania* frequens. *Ex museo Realmuriano.*

commune en *Normandie. Du cabinet de M. de Reaumur.*

9. La Mésange hupée de la Caroline.

Parus cristatus, superne saturatè griseus, infernè albus, cum aliqua rubedinis mixtura; maculâ in syncipite nigrâ, rectricibus saturatè griseis . . . . Parus Carolinensis cristatus.

Parus cristatus, pectore rubro. *Klein. Avi. pag. 86. N°. 12.*
Mésange huppée. *Catesb. Tom. I. pag. 57; avec une figure passable Pl. 57.*
Les Anglois l'appellent Crested Titmouse. *Catesb.*

Parum majorem nostratem seu *Fringillaginem* crassitie circiter æquat. Ipsius longitudo à rostri apice ad caudæ extremitatem sex circiter pollices explet, & ad extremos ungues quinque pollices & lineas binas. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos quinque cum semi lineas longum est; cauda duos pollices & sex lineas; pes octo cum semi lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue septem lineas: laterales multò sunt breviores; posticus autem ad anticorum medii longitudinem accedit. Alæ complicatæ mediam caudæ longitudinem non attingunt. Synciput immediatè supra rostri exortum maculâ insignitur nigrâ. Partes capitis

Elle est à peu près de la grosseur de *notre grosse Mésange.* Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est d'environ six pouces, & jusqu'à celui des ongles de cinq pouces deux lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a cinq lignes & demie de long; sa queue deux pouces six lignes; son pied huit lignes & demie; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, sept lignes: les latéraux sont beaucoup plus courts; & celui de derriere est presqu'aussi long que celui du milieu de ceux de devant. Ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, ne s'étendent pas tout-à-fait jusqu'à la moitié de la longueur de la queue. Sur le synciput immédiatement au-dessus de l'origine du bec est une tache noi-

re. Les parties supérieures de la tête & du col, le dos & le croupion sont d'un gris foncé. Les plumes scapulaires, les couvertures du dessus des aîles & celles du dessus de la queue sont de la même couleur. Les joues, la gorge, la partie inférieure du col, la poitrine, le ventre, les côtés, les jambes, les couvertures du dessous de la queue & celles du dessous des aîles sont d'un blanc mêlé d'une légere teinte de rouge. Cette teinte est un peu plus forte sous les aîles qu'ailleurs. Les plumes du sommet de la tête sont un peu plus longues que les autres, & forment une hupe, que l'Oiseau peut élever ou abaisser à volonté : lorsqu'il l'éleve, elle se termine en pointe. Les plumes de l'aîle sont d'un gris foncé. La queue est composée de douze plumes de la même couleur que celles des aîles. Le bec est noir. Les pieds & les ongles sont d'une couleur de plomb.

La *Femelle* ressemble parfaitement au *mâle*.

Elles se nourrissent d'*Insectes*. On les trouve à *la Caroline* & en *Virginie*, où elles font leurs petits. Elles se tiennent ordinairement dans les forêts.

& colli superiores, dorsum & uropygium pennis vestiuntur saturatè griseis. Scapulares, quæ alas superne obtegunt, superioresque caudæ tectrices concolores. Genæ, guttur, collum inferius, pectus, venter, latera, crura, inferiores caudæ tectrices & pennæ alas subtus cooperientes albent, & aliquid rubedinis admixtum habent. Rubedo autem nonnihil intensior est sub alis quam in reliquis prædictis corporis partibus. Pennæ capitis verticem vestientes reliquas paululùm longitudine excedunt, & cristam efficiunt, quam ad libitum erigit aut componit Avis : dum autem illam erectam gerit, in acumen desinit. Remiges alarum sunt saturatè griseæ. Caudam componunt duodecim rectrices remigibus concolores. Rostrum nigrum. Pedes, unguesque plumbeo colore imbuti.

Fœmina in omnibus cum *mare* perfectè convenit.

Insectis victitant. Habitant in *Carolina*, & *Virginia*; & in eis prolem educant. Sylvas præcipuè frequentant.

10. La Mésange grise de la Caroline.

Parus superne griseus, infernè albus; (syncipite & tæniâ utrinque per oculos & secundùm colli latera nigris; gutture & collo inferiore splendidè luteis *mas*); tænia duplici transversâ in alis candidâ; rectricibus nigris, lateralibus interiùs albis . . . . Parus Carolinensis griseus.

Parus Americanus, gutture luteo. *Klein. Avi. pag.* 87. *N°.* 14.
Mésange de l'Amérique à la gorge jaune. *Catesb. Tom. I. pag.* 62; *avec une figure exacte Pl.* 62.
Les Anglois l'appellent Yellow throated Creeper. *Catesb.*

Præcedentem crassitie circiter æmulatur. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam quinque pollices & quatuor circiter lineas explet, & ad extremos ungues quatuor pollices & novem lineas. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos usque sex lineas longum est; cauda duos pollices cum totidem lineis; pes octo cum semi lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue septem lineas: laterales multò sunt breviores; posticus autem ad anticorum medii longitudinem accedit. Alæ complicatæ mediam caudæ longitudinem non attingunt. Synciput vestiunt pennæ nigræ. Nigredinem inter & basim mandibulæ superioris utrinque extat minuta macula lutea. Partes capitis

Elle est à peu près de la grosseur de la précédente. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est d'environ cinq pouces quatre lignes, & jusqu'à celui des ongles de quatre pouces neuf lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a six lignes de long; sa queue deux pouces deux lignes; son pied huit lignes & demie; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, sept lignes: les latéraux sont beaucoup plus courts; & celui de derriere est presqu'aussi long que celui du milieu de ceux de devant. Ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, ne s'étendent pas tout-à-fait jusqu'à la moitié de la longueur de la queue. Le synciput est noir. Entre cette couleur & la bâse du demi-bec supérieur il y a de chaque côté une petite ta-

che jaune. Le derriere de la tête, la partie supérieure du col, le dos, le croupion, les plumes scapulaires & les couvertures du dessus de la queue sont d'un joli gris. La gorge & la partie inférieure du col sont d'un beau jaune. Cette couleur est séparée des deux côtés de celle de la tête & de la partie supérieure du col par une bande noire, qui part des coins de la bouche, passe par les yeux, & s'étend tout le long des côtés du col. La poitrine, le ventre, les jambes, les couvertures du dessous de la queue & les côtés sont blancs. Cette couleur est variée sur les côtés seulement de quelques petites taches noires. Les plus petites couvertures du dessus des aîles sont d'un gris-brun : les grandes & les moyennes sont de la même couleur, & terminées de blanc ; ce qui forme sur chaque aîle deux bandes transversales de cette couleur. Les plumes de l'aile sont d'un gris-brun. La queue est composée de douze plumes : celles du milieu sont noires : les latérales sont de la même couleur du côté extérieur, & blanches du côté intérieur. Celles du milieu sont un peu plus courtes que les latérales ; ce qui fait que la queue est un peu fourchue. Le bec est noir. Les pieds & les ongles sont bruns.

posterior & colli superior, dorsum, uropygium, pennæ scapulares, superioresque caudæ tectrices eleganti griseo tinguntur. Guttur & collum inferius sunt splendidè lutea. Luteum autem inter & capitis collique superioris colorem utrinque adest tænia nigra, ab oris angulis orta, per oculos ducta, & secundùm colli latera protensa. Pectus, venter, latera, crura & tectrices caudæ inferiores albore nitent : quem alborem variegant, sed ad latera tantùm, minutæ quædam maculæ nigræ. Superiores alarum tectrices minimæ sunt griseo-fuscæ : majores & mediæ concolores, apicibus prædite candidis, quibus fit in utraque ala duplex tænia transversa similiter candida. Remiges griseo-fuscæ. Duodecim rectricibus cauda conflatur : intermediæ nigræ : laterales in latere exteriore eodem colore imbutæ, in interiore albæ. Rectrices intermediæ lateralibus paululùm longitudine cedunt ; unde fit cauda nonnihil bifurca. Rostrum nigrum. Pedes, unguesque fusci.

Fœmina à *mare* discrepat in eo quod neque luteo neque nigro insigniatur.

In *Carolina* frequentissima est hæc species.

La *femelle* diffère du *mâle* en ce qu'elle n'a rien ni de jaune ni de noir.

Cette espece est fort commune à *la Caroline*.

** 11. La Mésange de Pologne ou le Rémiz.

Voyez Pl. XXIX. Fig. 2.

Parus, superne griseus, cum aliqua in dorso supremo rufescentis mixtura, infernè albo-rufescens; collo superiore cinereo; collo inferiore & pectore albo-cinereis; vertice albido; syncipite & tæniâ per oculos nigris; rectricibus fuscis, albo fimbriatis . . . . . Parus Polonicus, sive Pendulinus.

Parus minimus, Polonorum Remiz, Bononiensium Pendulinus. *Dan. Titius. hujus icon non satis accurata Tab. I. Fig. 5.*
Parus nidum suspendens. *Rzac. Auct. Hist. nat. Pol. pag.* 402.
Parus Lithuanicus, nidum suspendens. *Klein. Avi. pag.* 86. *N°.* 10.
Remiz. *Rzac. Hist. nat. Pol. pag.* 294.
Mésange de montagne. *Alb. Tom. III. pag.* 24; *avec des figures mal coloriées du mâle & de la femelle Pl.* 57.
Les Boulonnois l'appellent Pendolino. *Titius.*
Les Allemands, Remis. *Rzac.*
Les Polonois, Remiz. *Rzac. Klein. Titius.* Remis. *Rzac.*
Les Anglois, Mountain Titmouse. *Alb.*

Cum *Paro cœruleo* crassitie circiter convenit. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam quatuor pollices & septem lineas æquat, & ad extremos ungues quatuor pollices cum linea una. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos quinque lineas longum est; cauda unum pollicem &

Il est à peu près de la grosseur de la *Mésange bleue*. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de quatre pouces sept lignes, & jusqu'à celui des ongles de quatre pouces une ligne. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a cinq lignes de long; sa queue un pouce neuf lignes; son pied six lignes &

demie; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, six lignes : les latéraux sont un peu plus courts ; & celui de derriere est presqu'aussi long que celui du milieu de ceux de devant. Il a sept pouces trois lignes de vol ; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, ne s'étendent pas tout-à-fait jusqu'à la moitié de la longueur de la queue. Le sommet de la tête est blanchâtre. La partie postérieure de la tête & la partie supérieure du col sont cendrées : la partie supérieure du dos & les plumes scapulaires sont d'un gris mêlé d'une légere teinte de roussâtre. La partie inférieure du dos & le croupion sont gris. Les couvertures du dessus de la queue sont de la même couleur. Le sinciput est noir : cette couleur s'étend de chaque côté de la tête & forme une bande noire, qui passe par les yeux. Les plumes qui couvrent les narines sont pareillement noires. La gorge, la partie inférieure du col & la poitrine sont d'un blanc tirant sur le cendré. Le ventre, les côtés, les jambes, les couvertures du dessous de la queue & celles du dessous des aîles sont d'un blanc tirant sur le roussâtre. Les petites couvertures

novem lineas ; pes sex cum semi lineas ; & trium digitorum anticorum medius cum ungue sex lineas ; laterales paulò sunt breviores ; & posticus anticorum medii longitudinem ferè adæquat. Ab extremo ad extremum alarum extensarum distantia est septem pollicum & trium linearum ; alæ verò complicatæ mediam caudæ longitudinem non attingunt. Capitis verticem albidus tingit color. Partes capitis posterior & colli superior sunt cinereæ. Dorsum supremum & pennæ scapulares grisеæ, cùm aliqua rufescentis mixtura. Dorsum infimum & uropygium grisea. Superiores caudæ tectrices concolores. Sinciput nigrum : nigredo autem in utroque capitis latere protenditur, & tæniam efficit nigram, per oculos ductam. Nares cooperiunt pennæ similiter nigræ. Guttur, collum inferius & pectus sunt albo-cinerea. Venter, latera, crura, inferiores caudæ tectrices & pennæ alas subtus obtegentes ex albo rufescunt. Superiores alarum tectrices minores sunt fuscæ, rufo terminatæ : majores nigricantes, oris exterioribus castaneis, apici-

bus rufescentibus præditæ. Remiges fuscæ, albo fimbriatæ. Caudam componunt duodecim rectrices remigibus concolores. Rostrum cinereum. Pedes ex rubro cinerei; ungues verò nigricantes. Habitat in *Polonia*, unde in *museum Realmurianum* missus à *D. Comite de Bilienski.*

du dessus des aîles sont brunes, & terminées de roux : les grandes sont noirâtres, bordées extérieurement de marron, & terminées de roussâtre. Les plumes de l'aîle sont brunes & bordées de blanc. La queue est composée de douze plumes de la même couleur que celles des aîles. Le bec est cendré. Les pieds sont d'un rouge-cendré ; & les ongles noirâtres. On le trouve en *Pologne*, d'où il a été envoyé à *M. de Reaumur* par *M. le Comte de Bilienski.*

** 12. La Mésange barbue ou le Moustache.

Parus supernè rufus, infernè cinereo-albus, cum aliqua rubedinis mixtura ; vertice dilutè cinereo; pennis utrinque secundùm maxillas nigris, longissimis, barbulæ æmulis ; rectricibus rufis, extimâ exteriùs in exortu nigricante, versùs apicem griseo-rufescente, intermediis longissimis. (*Mas*).

Parus superne rufus, maculis longitudinalibus nigricantibus varius, infernè cinereo-albus ; vertice obscurè fusco ; rectricibus binis intermediis rufis, lateralibus nigricantibus, apice albis, intermediis longissimis .... Parus barbatus.

Parus barbâ nigrâ utrinque ab oculis dependente. *Klein. Avi. pag.* 86. *N°.* 8.

Passer barbatus Indicus. *Frisch. hujus icon satis accuratâ Tab.* 8.

Mesange barbu de Jutland. *Alb. Tom. I. pag.* 42 ; *avec une figure mal coloriée Pl.* 48.

Petite Pie-grièche. *Edwards. Tom. II pag. LV* ; *avec des figures pas assez exactes du mâle & de la femelle Pl.* 55. (*Le bec est trop crochu*).

Les Allemands l'appellent Indianischer Sperling. *Frisch.*

Les Anglois, Beard Manica from Jutland *ou* Bearded Titmouse. *Alb.*

Il eſt à peu près de la groſſeur de la *groſſe Méſange*. Sa longueur depuis le bout du bec juſqu'à celui de la queue eſt de ſix pouces trois lignes, & juſqu'à celui des ongles de quatre pouces dix lignes. Son bec depuis ſa pointe juſqu'aux coins de la bouche a cinq lignes & demie de long; ſa queue trois pouces; ſon pied huit lignes & demie; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, ſept lignes: les latéraux ſont un peu plus courts; & celui de derriere eſt preſqu'auſſi long que celui du milieu de ceux de devant. Il a ſix pouces trois lignes de vol; & ſes aîles, lorſqu'elles ſont pliées, s'étendent juſqu'au quart de la longueur de la *queue*. La partie ſupérieure de la tête eſt d'un cendré clair. De chaque côté de la tête entre le bec & l'œil eſt une tache noire, qui s'étend tout le long de la mâchoire inférieure, & dont les plumes d'en-bas ſont très-longues, deſcendent le long du col, & forment une eſpece de mouſtache; c'eſt ce qui lui a fait donner ſon nom. L'occiput, la partie ſupérieure du col, le dos, le croupion, les couvertures du deſſus de la queue & les côtés ſont roux. Les plumes ſcapulaires ſont

Parum majorem craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo ab apice roſtri ad caudam extremam ſex pollices & tres lineas explet, & ad extremos ungues quatuor pollices cum decem lineis. Roſtrum ab ipſius apice ad oris angulos quinque cum ſemi lineas longum eſt; cauda tres pollices; pes octo cum ſemi lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue ſeptem lineas: laterales paulò ſunt breviores: & poſticus ad anticorum medii longitudinem accedit. Alis expanſis, extremitates majorum remigum ſex pollicum & trium linearum intervallo diſtant; alæ verò complicatæ quartam longitudinis caudæ partem attingunt. Capitis pars ſuperior eſt dilutè cinerea. In utroque capitis latere roſtrum inter & oculum macula extat nigra, ſecundùm maxillam inferiorem producta, cujuſque pennæ inferiores ſunt longiſſimæ, ſecundùm colli longitudinem ducuntur, & barbulam quodammodo efficiunt; unde nomen. Occiput, pars colli ſuperior, dorſum, uropygium, ſuperiores caudæ tectrices & latera rufo tinguntur,

tur. Pennæ scapulares rufo & candido variegantur. Guttur album est. Collum inferius, pectus, venter & crura ex cinereo albent, cum aliqua rubedinis mixtura. Inferiores caudæ tectrices sunt nigræ. Pennæ alas subtus cooperientes albo-flavicantes. Superiores alarum tectrices minores fuscæ : majores concolores, rufo fimbriatæ. Alarum margines, versùs articulum carpo humano respondentem, candidæ. Remiges fuscæ, oris interioribus albo-rufescentibus, exterioribus majorum albis, minorum verò rufis. Cauda duodecim conflatur rectricibus rufis : utrinque tamen extima ad latus exterius in ipsius exortu nigricat, & versùs apicem ex griseo rufescit. Binæ rectrices intermediæ reliquas longitudine excedunt : laterales omnes gradatim longitudine minuuntur ad utrinque extimam usque brevissimam. Oculorum irides eleganter aurantiæ. Rostrum flavescens. Pedes, unguesque fusci.

variées de roux & de blanc. La gorge est blanche. La partie inférieure du col, la poitrine, le ventre & les jambes sont d'un gris-blanc, mêlé d'une légere teinte de rougeâtre. Les couvertures du dessous de la queue sont noires. Celles du dessous des aîles sont d'un blanc-jaunâtre. Les petites du dessus sont brunes : les grandes sont de la même couleur, & bordées de roux. Le bord de l'aîle, vers le pli qui répond à celui du poignet, est blanc. Les plumes de l'aîle sont brunes, & bordées intérieurement d'un blanc-roussâtre ; le bord extérieur des grandes est blanc, & celui des moyennes est roux. La queue est composée de douze plumes rousses, excepté le côté extérieur de la plus extérieure de chaque côté, qui est noirâtre vers l'origine de la plume, & d'un gris-roussâtre vers le bout. Les deux plumes du milieu de la queue sont les plus longues : toutes les latérales vont en diminuant de longueur par degrés jusqu'à la plus extérieure de chaque côté, qui est la plus courte. L'iris des yeux est d'un bel orangé. Le bec est jaunâtre. Les pieds & les ongles sont bruns.

Fœmina coloribus nonnihil à *mare* differt. Capitis

La *femelle* différe un peu du *mâle* par ses couleurs. La partie

supérieure de sa tête est d'un brun sombre. Elle n'a point de tache noire entre le bec & l'œil, ni de rouge à la partie inférieure du corps. Son dos est parsemé de petites taches longitudinales noirâtres. Les couvertures du dessous de sa queue sont d'un brun clair. Toutes les plumes latérales de sa queue sont noirâtres, & terminées de blanc. La pointe de son bec est noire. Du reste elle ressemble au *mâle*.

On les trouve en *Danemarck* & en *Angleterre* dans les endroits marécageux. *Du cabinet de M. de Reaumur.*

superior pars est obscurè fusca. Rostrum inter & oculum maculâ destituitur nigrâ; & corpus ipsius inferius rubedine non admiscetur. Dorsum exiguis maculis longitudinalibus nigricantibus variegatur. Inferiores caudæ tectrices sunt dilutè fuscæ. Rectrices omnes laterales nigricantes, apice albæ. Rostrum in apice nigrum. In reliquis cum *mare* convenit.

In *Dania* & *Anglia* habitant, locaque paludosa frequentant. *Ex museo Reaumuriano.*

** 13. La Mésange a longue queue.

Parus sordidè roseus, infernè albo confusè mixtus ; capite tæniis longitudinalibus albis & nigris vario ; tæniâ ab occipitio ad uropygium nigrâ ; rectricibus tribus utrinque extimis obliquè exteriùs albis, interiùs nigris, intermediis longissimis . . . . Parus longicaudus.

Parus vertice albo, caudâ corpore longiore. *Faun. Suec. Linn. N°.* 243. *hujus icon satis accurata Tab. I. N°.* 243.

Parus caudatus. *Gesn. Avi. pag.* 642, *in qua hujus icon minimè accurata.*

Schwenck. Avi. Sil. pag. 319.

Jonst. Avi. pag. 86. *hujus icon pessima Tab.* 44.

Raj. Syn. Avi. pag. 74. *N°. A.* 5.

Charlet. Exer. pag. 96. *N°.* 4.

Charlet. Onomazt. pag. 90. *N°.* 4.

Linn. Systh. Nat. ed. 6. *Gen.* 83. *sp.* 6.

Parus caudatus, seu Monticola. *Aldrov. Avi. Tom. II. pag.* 715. *maris & fœminæ icones pessimæ pag.* 716.

Parus caudatus Aldrovandi. *Willugh. Ornith. pag.* 176. *maris icon ab Aldrovando mutuata Tab. XLIII.*

Parus caudatus Schwenckfeldii ; Parus monticola Bellonii. *Rzac. Auct. Hiſt. nat. Pol. pag.* 404.

Parus caudatus Schwenckfeldii, Willughbeji. *Klein. Avi. pag.* 85. *N°.* 7.

Parus caudatus capite vario. *Klein. Avi. pag.* 86. *N°.* 9.

Parus monticola Ariſtotelis. *Geſn. icon. Avi. pag.* 47, *in qua hujus icon minimè accurata.*

Parus caudâ longâ. *Friſch, hujus icon non ſatis accurata Tab.* 14 ; *inſuper nimis craſſa & longa.*

Orites. *Moehr. Avi. Gen.* 37.

Méſange à queue longue. *Alb. Tom. II. pag.* 37 ; *avec une figure mal coloriée Pl.* 57. *fig.* 1.

Méſange à la longue queue. *Bel. Hiſt. nat. des Oiſ. pag.* 368 ; *avec une mauvaiſe figure pag.* 369.

Perd-ſa-queue, Méſange à la longue queue. *Bel. Portr. d'Oiſ. pag.* 95 *b*, *dans laquelle eſt la même figure.*

Les Grecs l'appellent Ὀρινὸς. *Jonſt. Charlet.* Αἰγιθαλὸς ὀρινὸς. *Bel. Aldrov.* Αἰγιθαλὸς ὀρεινὸς. *Bel. Schwenck* : *& quelques-uns*, Αἰγιθαλος ἀνώνυμος. *Schwenck.*

Les Italiens, PARONZINO. *Aldrov.* PARUSSOLIN. *Bel.*

Les Boulonnois, PULZONZINO : *& quelques-uns*, PENDOLINO. *Aldrov.*

Les Allemands, ZAHL-MEISE. *Schwenck.* ZAGEL-MEISS. *Geſn. Aldrov.* LANG SCHWENZIGE MAISE. *Friſch.*

Les Allemands aux environs de Cologne, WYNTEPFKER. *Charlet.*

Les Suiſſes, SCHWANTZ-MEISE. *Schwenck. Rzac.* BERG-MEISE ; *Rzac.* BERG-MEISZLIN. *Schwenck.* BERCK-MEISSLE ; SCHWANTZ-MEISSLE ; PFANNEN-STIL. *Geſn. Aldrov.* PFANNEN-STIGLITZ. *Geſn. Aldrov. Schwenck.*

Les Polonois, SIKORA Z DLUGIM OGONEM. *Rzac.*

Les Suédois, AHL-TITA. *Linn.*

Les Anglois, LONG-TAIL'D-TITMOUSE. *Willugh. Raj. Alb.*

Paro cœruleo nonnihil craſſitie cedit. Ipſius longitudo à roſtri apice ad caudæ extremitatem quinque pollices & octo lineas æquat, & ad extremos ungues tres pollices & quinque lineas. Roſtrum ab ipſius apice ad oris angulos uſque tres cum ſemi lineas longum eſt ; cauda tres pollices & ſex lineas ; pes ſeptem cum ſemi lineas ;

Elle n'eſt pas tout-à-fait ſi groſſe que la *Méſange bleue.* Sa longueur depuis le bout du bec juſqu'à celui de la queue eſt de cinq pouces huit lignes, & juſqu'à celui des ongles de trois pouces cinq lignes. Son bec depuis ſa pointe juſqu'aux coins de la bouche a trois lignes & demie de long ; ſa queue trois pouces ſix lignes ; ſon pied ſept lignes & demie ;

& celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, cinq lignes : les latéraux sont un peu plus courts ; & celui de derriere est presqu'aussi long que celui du milieu de ceux de devant. Elle a six pouces six lignes de vol ; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent jusqu'au tiers de la longueur de la queue. La partie supérieure de la tête est variée de bandes longitudinales blanches & noires ; c'est-à-dire qu'il y a dans le milieu une large bande blanche, qui part de l'origine du demi-bec supérieur, passe sur le sommet de la tête, & s'étend jusqu'au-dessous de l'occiput ; & de chaque côté est une large bande noire, qui part de même de l'origine du demi-bec supérieur, passe par-dessus les yeux, & va joindre la partie supérieure du col, qui est pareillement noire ; cette couleur forme une large bande longitudinale, qui passe par le milieu du dos, & s'étend jusque sur le croupion. Le reste du dos & du croupion, les plumes scapulaires, le ventre, les côtés, les jambes & les couvertures du dessus & du dessous dela queue sont d'une couleur de rose ternie, mêlée confusément de blanc dans la partie inférieure du corps. Les joues,

& trium digitorum anticorum medius cum ungue quinque lineas : laterales paulò sunt breviores ; posticus autem anticorum medium longitudine ferè adæquat. Ab extremo ad extremum alarum extensarum distantia est sex pollicum & totidem linearum ; alæ verò complicatæ ad tertiam longitudinis caudæ partem usque protenduntur. Caput superius tæniis variegatur longitudinalibus albis & nigris ; lata scilicet extat in medio tænia alba, ab exortu mandibulæ superioris orta, per summum caput ducta, & infra occipitium usque protensa ; & in utroque latere lata adest tænia nigra, ab exortu mandibulæ superioris similiter orta, supra oculos ducta, & partem colli superiorem pertingens : collum autem superius nigrum ; quæ nigredo latam efformat tæniam longitudinalem, per medium dorsum ductam, & ad uropygium usque protensam. Reliquum dorsum, sicut & reliquum uropygium, pennæ scapulares, venter, latera, crura, tectricesque caudæ superiores & inferiores sordido imbuuntur roseo, in parte cor-

poris inferiore albo confusè mixto. Genæ, guttur, collum inferius & pectus albent : albedo autem, in medio pectore tantùm, pauco nigricante variegatur. Alarum margines, ab articulo carpo humano respondente ad majorum remigum exortum usque, sunt candidæ. Pennæ alas subtus vestientes concolores. Superiores alarum tectrices minores, sicut & majores à corpore remotiores, nigræ : majores corpori finitimæ fuscæ, oris exterioribus sordidè roseis, & apicibus albis præditæ. Remiges majores sunt nigricantes, interiùs albido fimbriatæ : minores fuscæ, oris exterioribus albis, interioribus candicantibus. Remix prima brevissima est ; quarta & quinta sunt omnium longissimæ. Duodecim rectricibus cauda conflatur : quatuor intermediæ nigræ: utrinque proximè sequens similiter nigra, exteriùs cinereo-albo fimbriata : tres utrinque extimæ obliquè albæ & nigræ, albo scilicet latus exterius versùs apicem occupante, nigro verò in latere interiore versùs exortum posito : albedo autem eò magis versùs marginem interiorem

la gorge, la partie inférieure du col & la poitrine sont blanches : cette couleur est variée d'un peu de noirâtre au milieu de la poitrine seulement. Le bord de l'aîle, depuis le pli qui répond à celui du poignet jusqu'à l'origine de ses grandes plumes, est blanc. Les couvertures du dessous des ailes sont de la même couleur. Les petites du dessus sont noires : les grandes les plus éloignées du corps sont de cette derniere couleur : les grandes les plus proches du corps sont brunes, bordées extérieurement d'une couleur de rose ternie, & terminées de blanc. Les grandes plumes de l'aîle sont noirâtres, & bordées intérieurement de blanchâtre : les moyennes sont brunes ; leur bord extérieur est blanc, & l'intérieur est blanchâtre. La premiere des plumes de l'aîle est extrêmement courte ; la quatriéme & la cinquiéme sont les plus longues de toutes. La queue est composée de douze plumes : Les quatre du milieu sont noires : celle qui les suit immédiatement de chaque côté, est de la même couleur, & bordée extérieurement de gris-blanc : les trois plus extérieures de chaque côté sont obliquement blanches & noires,

Digitis quatuor, membranis destitutis, tribus scilicet anticis, uno postico, omnibus circiter usque ad exortum discretis: cruribus ad calcaneum usque plumosis: & rostro filiformi donatæ.

OMNIUM hujus Ordinis Avium digitus trium anticorum medius ab exortu ad primum usque articulum cum extimo arctè cohæret (*vide Vol. I. Tab. I. Fig. 9*).

Aliæ rostro donantur arcuato: aliæ rostro recto. In duas sectiones eas dividimus: prima continet eas quæ rostrum habent arcuatum (*Vide Vol. I. Tab. VII. Fig. 2 & 3*), ut *Certhia*, *Polytmus*: & secunda illas quæ rostrum habent rectum (*vide Vol. I. Tab. VII. Fig. 4*), ut *Mellisuga*.

ORDRE XII.

LES OISEAUX

Qui ont quatre doigts, dénués de membranes, trois devant, un derriere, tous séparés environ jusqu'à leur origine: les jambes couvertes de plumes jusqu'au talon: & le bec effilé.

TOUS les Oiseaux de cet Ordre ont celui du milieu des trois doigts antérieurs étroitement uni avec l'extérieur depuis son origine jusqu'à la première articulation (*voyez Tom. I. Pl. I. Fig. 9*).

Les uns ont le bec courbé en arc: & les autres ont le bec droit. Je les divise en deux sections: dans la première sont ceux qui ont le bec courbé en arc (*Voyez Tom. I. Pl. VII. Fig. 2 & 3*), comme le *Grimpereau*, le *Colibry*: & dans la seconde ceux qui ont le bec droit (*Voyez Tom. I. Pl. VII. Fig. 4*), comme l'*Oiseau-mouche*.

SECTION I.

Ceux dont le bec est courbé en arc.

Cette section comprend deux genres d'Oiseaux. Dans les uns le bec va toujours en diminuant de grosseur, & finit par une pointe très-aiguë, comme dans le *Grimpereau*: & dans les autres le bec est de la même grosseur dans presque toute sa longueur, & un peu renflé vers le bout. Ces derniers ont les pieds très-courts, comme le *Colibry*.

SECTIO I.

Eæ quæ rostrum habent arcuatum.

Duobus Avium generibus constituitur hæc sectio. In aliis rostrum versùs apicem crassitie sensim atque sensim minuitur, & in aciem acutissimum desinit, ut in *Certhia*: in alteris verò rostrum per totam fermè longitudinem æquè crassum est, & versùs apicem parumper ampliatum. Hujus generis Aves pedibus donantur brevissimis, ut *Polytmus*.

XLIII.

Le genre du Grimpereau.

Son caractere est d'avoir

Quatre doigts, dénués de membranes; trois devant, un derriere; tous séparés environ jusqu'à leur origine:

Les jambes couvertes de plumes jusqu'au talon:

Le bec effilé, courbé en arc, allant toujours en diminuant de grosseur, & finissant par une pointe très-aiguë.

XLIII.

Genus Certhiæ.

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet antici, posticus unus; omnes circiter usque ad exortum discreti:

Crura ad calcaneum usque plumosa:

Rostrum filiforme, arcuatum, versùs apicem crassitie sensim atque sensim minuens, & in aciem acutissimum desinens.

** 1. Le Grimpereau.

Certhia superne fusco-rufescens, pennis in medio albidis, circa margines nigricantibus, infernè alba, cum aliqua rufescentis mixturâ; uropygio rufo; oculorum ambitu & tæniâ supra oculos albo-rufescentibus; rectricibus griseo-rufis, cuneiformibus . . . . CERTHIA.

Certhia. *Aldrov. Avi. Tom. I. pag.* 869. *hujus icon non satis accurata pag.* 870.
Jonst. Avi. pag. 81. *hujus icon ab Aldrovando mutuata Tab.* 42.
Willugh. Ornith. pag. 100. *hujus icon ab Aldrovando mutuata Tab. XXIII.*
Raj. Syn. Avi. pag. 47. *N°. A.* 5.
Charlet. Exer. pag. 93. *N°.* 8.
Charlet. Onomazt. pag. 87. *N°.* 8.
Faun. Suec. Linn. N°. 213.
Linn. Systh. Nat. ed. 6. *Gen.* 46. *sp.* 2.
Moehr. Avi. Gen. 17.
Certhia. Certhius Turneri. *Gesn. Avi. pag.* 251, *in qua hujus icon non satis accurata.*
Certhias, vel Certhius Aristotelis. *Gesn. icon. Avi. pag.* 37, *in qua eadem icon.*
Certhius minor. *Frisch. hujus icon accurata Tab.* 39.
Scandulaca arborum. *Schwenck. ~~Avi. Sil. pag. 347.~~*
Scandulaca arborum; Certhia Aldrovando. *Rzac. Hist. nat. Pol. pag.* 295.
Scandulaca arborum; Certhia Aldrovandi; Calidris cinerea; Crepera Turneri. *Rzac. Auct. Hist. nat. Pol. pag.* 419.
Falcinellus arboreus nostras. *Klein. Avi. pag.* 106. *N°.* 1.
Rarycheus Alberti. *Klein.*
Grimpereau, Grimpreau petit. *Bel. Portr. d'Ois. pag.* 98 *a, dans laquelle il y a une très-mauvaise figure.*
Petit Grimpreau. *Bel. Hist. nat. des Ois. pag.* 374; *avec la même figure pag.* 375.
Petit Grimpereau d'arbres. *Alb. Tom. III. pag.* 10; *avec une figure mal coloriée Pl.* 25.
Les Grecs l'appellent Κερθιος. *Bel. Gesn. Schwenck.* Κερθίον. *Aldrov. Jonst. Charlet.* Κερδίος. *Schwenck. Jonst.* Θριποφάγος; Κνιπολόγος. *Schwenck.*
Les Allemands, RINNEN-KLAEBER. *Gesn.* RINDEL-KLEBER. *Rzac.* RINDER-KLEBER; HIRNGRILLE. *Schwenck.* BAUM-HECKEL. *Schwenck. Rzac.* KLEINSTE BAUM-HACKER; KLEINERE GRAU-SPECHT. *Frisch.*

Les Siléſiens, Baum-Kletterlin. *Geſn. Schwenck.* Baum-Klatterlein. *Rzac.*

Les Suédois, Krypare. *Linn.*

Les Anglois, Creeper. *Aldrov. Willugh. Raj.* Tree-Creeper. *Alb.* Ox-Eye-Creeper. *Charlet.*

Il n'eſt guères plus gros que le *Roitelet.* Sa longueur depuis le bout du bec juſqu'à celui de la queue eſt de quatre pouces dix lignes, & juſqu'à celui des ongles de quatre pouces deux lignes. Son bec depuis ſa pointe juſqu'aux coins de la bouche a huit lignes de long; ſa queue deux pouces; ſon pied ſept lignes; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, ſept lignes & demie : les latéraux ſont un peu plus courts ; & celui de derriere eſt de la même longueur que celui du milieu de ceux de devant. Il a ſix pouces dix lignes de vol; & ſes aîles, lorſqu'elles ſont pliées, s'étendent environ juſqu'au tiers de la longueur de la queue. La tête, le deſſus du col & le dos ſont couverts de plumes blanchâtres dans leur milieu, & cela ſelon la longueur de leur tige, enſuite d'un brun-rouſſâtre, & bordées de noirâtre. Les plumes ſcapulaires ſont de la même couleur. Le croupion eſt roux, ainſi que les couvertures du deſſus de la queue. Le tour des yeux eſt d'un blanc-rouſſâ-

Craſſitie *Regulum* non multùm ſuperat. Ipſius longitudo à roſtri apice ad caudam extremam quatuor pollices & decem lineas æquat; & ad extremos ungues quatuor pollices & lineas binas. Roſtrum ab ipſius apice ad oris angulos uſque octo lineas longum eſt; cauda duos pollices; pes ſeptem lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue ſeptem cum ſemi lineas : laterales paulò ſunt breviores; poſticus autem anticorum medii longitudinem obtinet. Alis expanſis, extremitates majorum remigum ſex pollicum & decem linearum intervallo diſtant; alæ verò complicatæ ad tertiam circiter longitudinis caudæ partem uſque protenduntur. Caput, partem colli ſuperiorem & dorſum veſtiunt pennæ fuſco-rufeſcentes, in medio tamen ſecundùm ſcapi longitudinem albidæ, & circa margines nigricantes. Scapulares concolores. Uropygium & ſuperiores caudæ tectrices ſunt rufæ. Oculo-

rum ambitus albo-rufescens. Supra oculos tænia extat longitudinalis concolor. Guttur albet. Pars colli inferior, pectus, venter, crura, alarumque tectrices inferiores pariter albent, sed aliquid rufescentis admixtum habent. Latera & pennæ caudam subtus obtegentes rufescunt. Superiores alarum tectrices minimæ sunt fusco-rufescentes, albido terminatæ: mediæ nigricantes, apicibus albo-rufescentibus præditæ: majores à corpore remotiores in latere exteriore & apice nigricantes, in latere interiore albo-rufescentes: majores tandem corpori finitimæ nigricantes, fusco-rufescente exteriùs fimbriatæ; ipsarum insuper latus interius in exortu ex albo rufescit, latus verò exterius albo-rufescente terminatur. Octodecim remigibus ala conflatur: tres primores sunt in latere exteriore griseo-fuscæ, in interiore fuscæ; tertia insuper ad latus exterius maculâ rufescente donatur: quæ sequuntur, à quarta scilicet ad decimam-quintam usque inclusivè, fuscæ, latâ tæniâ transversâ rufescente in medio insignitæ, supra & infra quam tæniam paululùm

tre. Au-dessus des yeux est une bande longitudinale de la même couleur. La gorge est blanche. La partie inférieure du col, la poitrine, le ventre, les jambes & les couvertures du dessous des aîles sont d'un blanc mêlé d'une légere teinte de roussâtre. Les côtés & les couvertures du dessous de la queue sont roussâtres. Les plus petites couvertures du dessus des aîles sont d'un brun-roussâtre, & terminées de blanchâtre : les moyennes sont noirâtres, & terminées de blanc-roussâtre : les grandes les plus éloignées du corps sont noirâtres du côté extérieur & à leur bout, & leur côté intérieur est d'un blanc-roussâtre : enfin les grandes les plus proches du corps sont noirâtres, & bordées extérieurement de brun-roussâtre; de plus leur côté intérieur est d'un blanc-roussâtre à leur origine, & leur côté extérieur est terminé de la même couleur. L'aîle est composée de dix-huit plumes : les trois premieres sont d'un gris-brun du côté extérieur, & brunes du côté intérieur; & il y a une tache roussâtre sur le côté extérieur de la troisiéme : les suivantes, sçavoir depuis la quatriéme jusqu'à la quinziéme inclusivement, sont brunes, & marquées dans leur milieu

d'une large bande tranſverſale rouſſâtre, au-deſſus & au-deſſous de laquelle eſt un peu de noirâtre; elles ont auſſi ſur leur côté extérieur une tache rouſſâtre, placée vers leur bout, & ſont terminées par une petite tache blanchâtre : toutes les autres, ſçavoir depuis la ſeiziéme juſqu'à la dix-huitiéme incluſivement, ſont d'un gris-brun, & marquées d'une tache longitudinale noirâtre, placée ſur le côté extérieur vers le bout, au-deſſus de laquelle eſt une tacho blanchâtre, y en ayant au-deſſous une autre de même couleur, qui termine le côté extérieur; de ſorte que la tache noirâtre ſe trouve placée entre deux taches blanchâtres. La premiere des plumes de l'aîle eſt extrêmement courte : la quatriéme eſt la plus longue de toutes. La queue eſt compoſée de dix plumes d'un gris tirant ſur le roux, & terminées en forme de coin, comme celles de la queue des *Pics*. L'iris des yeux eſt d'une couleur de noiſette. Le demi-bec ſupérieur eſt brun, & l'inférieur eſt blanchâtre. Les pieds & les ongles ſont gris. Il grimpe, comme les *Pics*, le long des troncs & des branches des arbres. Comme eux encore, il fait ſon nid dans les trous d'arbres; & fait à chaque couvée une très-grande quantité de Petits. *Du cabinet de M. de Reaumur.*

nigricantis extat; ad latus exterius maculâ quoque notantur rufeſcente, versùs inſarum [illegible] tâqu[illegible] mina[illegible] decin[illegible] ad decimam [illegible] octavam uſque incluſivè, ſunt griſeo-fuſcæ, & maculâ notantur longitudinali nigricante, in latere exteriore versùs apicem collocatâ, ſupra quam macula extat candicans, cum altera macula concolore infra eam poſita, quâ latus exterius terminatur; ita ut macula nigricans binas inter maculas candicantes poſita ſit. Remix prima breviſſima eſt: quarta omnium longiſſima. Caudam componunt decem rectrices griſeo-rufæ, & caudæ rectricum *Picorum* inſtar cuneiformes. Oculorum irides avellaneæ. Mandibula ſuperior fuſca, inferior candicans. Pedes, ungueſque griſei. Arborum truncos, ramoſque ſcandit, more *Picorum*. *Picorum* inſtar, in cavis arboribus quoque nidificat; & uno incubitu maximam Pullorum copiam educat. *Ex muſeo Realmuriano.*

A. *Le grand Grimpereau.*

Certhia major.

Certhius major. *Frisch. hujus icon accurata Tab.* 39.
Falcinellus arboreus nostras. *Klein. Avi. pag.* 10. *N°.* 1.
Les Allemands l'appellent Grau-Specht. *Frisch.*

A præcedente discrepat tantùm magnitudine, quâ eam antecellit. Varietatem istam nondum vidi.

Il ne différe du précédent qu'en ce qu'il est plus grand. Je n'ai jamais vu cette variété.

** 2. Le Grimpereau de muraille.

Voyez le mâle Pl. XXX. Fig. 1.

Certhia cinerea, superne dilutiùs, infernè saturatiùs; (gutture & collo inferiore nigris *mas*); tectricibus alarum, remigibusque exteriùs primâ medietate roseis; rectricibus nigricantibus, apice sordidè cinereo fimbriatis, binis utrinque extimis apice albis . . . . Certhia muralis.

Picus muralis. *Gesn. Avi. pag.* 712, *in qua hujus icon minimè accurata.*
Gesn. icon. Avi. pag. 38, *in qua eadem icon.*
Schwenck. Avi. Sil. pag. 340.
Picus murarius. *Aldrov. Avi. Tom. I. pag.* 851. *hujus icon non satis accurata pag.* 852.
Jonst. Avi. pag. 79. *hujus icon ab Aldrovando mutuata Tab.* 41.
Charlet. Exer. pag. 93. *N°.* 4.
Charlet Onomazt. pag. 86. *N°.* 4.
Picus murarius Aldrovandi. *Willugh. Ornith. pag.* 99. *hujus icon ab Aldrovando mutuata Tab. XXIII.*
Raj. Syn. Avi. pag. 46. *N°.* 1.
Picus murarius Aldrovandi; Picus muralis Schwenckfeldii. *Rzac. Auct. Hist. nat. Pol. pag.* 414.
Merops Pyrenaicus, cinereus, alarum costis coccineis, reptatrix. *Barr. Ornith. Class. III. Gen. XXII. sp.* 3.
Pic de muraille, que ceux de Clairmont en Auvergne nomment Eschelette. *Bel. Hist. nat. des Ois. pag.* 302; *avec une très-mauvaise figure pag.* 303.

Pic de muraille ou d'Auvergne, Ternier, Eschelette, *Bel. Portr. d'Oif. pag. 75 a, dans laquelle est la même figure.*

Les François l'appellent PIC DE MURAILLE.

Les Auvergnacs, TERNIER. *Bel.*

Les Auvergnacs aux environs de Clermont, [illegible] *Bel.*

Les Catalans, PICA ARANYAS. *Barr.*

Les Italiens, PICO. *Gesn. Aldrov.* PICCHIO [illegible]

Les Savoyards aux environs de Neufchast[illegible]

Les Allemands, MUR-SPECHT. *Gesn. Aldrov. Schwenck. Rzac.* MAUER-SPECHT. *Schwenck. Rzac.* KLETTEN-SPECHT. *Schwenck.* KLAETTEN-SPECHT. *Gesn. Aldrov.*

Les Polonois, DZIECIOL MUROWY. *Rzac.*

Les Anglois, CREEPER. *Charlet.* WALL-CREEPER. *Willugh.* SPIDER-CATCHER. *Willugh. Charlet.*

Il est à peu près de la grosseur d'un *Moineau*. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de six pouces huit lignes, & jusqu'à celui des ongles de six pouces dix lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a quatorze lignes de long; (*il y en a dont* le bec a jusqu'à vingt lignes); sa queue un pouce neuf lignes; son pied dix lignes & demie; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, neuf lignes & demie : les latéraux sont un peu plus courts; & celui de derriere est beaucoup plus long que celui du milieu de ceux de devant. Il a dix pouces de vol; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent un peu au-delà des deux tiers de la longueur de la queue. La tête, la partie supérieure du

Cum *Passere* crassitie circiter convenit. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudæ extremitatem sex pollices & octo lineas explet, & ad extremos ungues sex pollices & decem lineas. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos usque quatuordecim lineas longum est; (sunt quarum rostrum viginti linearum longitudinem obtinet); cauda unum pollicem & novem lineas; pes decem cum semi lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue novem cum semi lineas : laterales paulò sunt breviores; posticus autem anticorum medium longitudine multùm antecellit. Ab extremo ad extremum alarum extensarum distantia est decem pollicum; alæ verò complicatæ nonnihil ultra

ultra duas tertias longitudinis caudæ partes extenduntur. Caput, pars colli superior, dorsum, uropygium, pennæ scapulares & superiores caudæ tectrices eleganti cinereo tinguntur. Pectus, venter, latera, crura & tectrices caudæ inferiores eodem imbuuntur colore, sed multò saturatiore. Guttur nigrum est: nigredo autem secundùm colli inferioris longitudinem protenditur. Inferiores alarum tectrices minores, illæ scilicet quæ alas versùs ipsarum margines vestiunt, colore tinguntur roseo: majores nigricant. Superiores minores sunt quoque roseo colore imbutæ: majores in latere exteriore concolores, interiùs nigricantes. Alam componunt novemdecim remiges nigricantes, apice albido fimbriatæ, quarum tamen pleræque, à secunda scilicet ad decimam-quintam usque inclusivè, sunt in latere exteriore ab ipsarum exortu mediam versùs longitudinem usque splendidè roseæ: quæ sequuntur, à decima-sexta scilicet ad decimam-octavam usque inclusivè, eamdem habent partem cineream, roseo colore mix-

col, le dos, le croupion, les plumes scapulaires & les couvertures du dessus de la queue sont d'un fort joli cendré. La poitrine, le ventre, les côtés, les jambes & les couvertures du dessous de la queue sont de la même couleur, mais beaucoup plus foncée. La gorge est noire : cette couleur s'étend tout le long de la partie inférieure du col. Les petites couvertures du dessous des aîles, sçavoir celles qui sont placées vers le bord de l'aîle, sont d'une couleur de rose : les grandes sont noirâtres. Les petites du dessus sont pareillement d'une couleur de rose : les grandes sont de la même couleur du côté extérieur, & noirâtres du côté intérieur. L'aîle est composée de dix-neuf plumes noirâtres, & bordées de blanchâtre par le bout, dont la plûpart, sçavoir depuis la seconde jusqu'à la quinziéme inclusivement, sont cependant d'une belle couleur de rose du côté extérieur depuis leur origine jusque vers la moitié de leur longueur : les suivantes, sçavoir depuis la seiziéme jusqu'à la dix-huitiéme inclusivement, sont en cet endroit d'un cendré mêlé d'une teinte de couleur de rose d'autant plus foible, que la plume est

plus proche du corps : enfin la dix-neuviéme est cendrée du côté extérieur dans toute sa longueur, & sur ce cendré est mêlée une très-légere teinte de couleur de rose : de plus quatre de ces plumes, sçavoir depuis la seconde jusqu'à la cinquiéme inclusivement, sont marquées du côté intérieur de deux grandes taches blanches, placées l'une vers le milieu de la longueur de chaque plume, & l'autre vers le bout : la sixiéme a aussi du côté intérieur deux grandes taches, sçavoir une fauve vers le milieu de sa longueur, & une blanche vers son bout : les suivantes, sçavoir depuis la septiéme jusqu'à la quinziéme inclusivement, sont aussi marquées d'une grande tache fauve, placée du côté intérieur vers le milieu de leur longueur. La premiere des plumes de l'aîle est très-courte : la cinquiéme est la plus longue de toutes. La queue est composée de douze plumes : les huit du milieu sont noirâtres, & bordées de gris sale par le bout : les deux plus extérieures de chaque côté sont noirâtres, & terminées de blanc. Le bec, les pieds & les ongles sont noirs. Les ongles sont très-longs.

tam; quæ mixtura eò dilutior est, quò remix fit corpori vicinior : decima-nona tandem in latere exteriore per totam longitudinem cinereo imbuitur, quod cinereum aliquid rosei coloris admixtum habet : istarum insuper remigum quatuor, à secunda scilicet ad quintam usque inclusivè, in latere interiore binis insigniuntur majusculis maculis candidis, quarum una mediam versùs cujuslibet remigis longitudinem, altera versùs apicem collocatur: sexta interiùs quoque duabus notatur majusculis maculis, aliâ scilicet mediam versùs longitudinem fulvâ, alterâ versùs apicem candidâ : sequentes, à septima scilicet ad decimam-quintam usque inclusivè, majuscula similiter distinguit macula fulva, in latere interiore versùs ipsarum mediam longitudinem posita. Remix prima brevissima : quinta omnium longissima. Duodecim rectricibus cauda constat : octo intermediæ nigricantes, apice sordidè cinereo fimbriatæ : binæ utrinque extimæ nigricantes, apice albæ. Rostrum, pedes, unguesque nigri. Ungues longissimi.

Fœmina à *mare* discrepat gutture albido, quod in *mare* nigrum.

Muros scandunt eodem modo quo *Pici* arborum truncos, ramosque, & *Insectis* in ipsorum rimulis habitantibus victitant. In arborum foraminibus nidificant. Habitant in *Burgundia*, *Arvernia* & quibusdam aliis *Galliæ* & quidem *Europæ* locis. *Ex museo Realmuriano.*

La *femelle* différe du *mâle* en ce qu'elle a la gorge blanchâtre, au lieu qu'elle est noire dans le *mâle*.

Ils grimpent le long des murs, comme les *Pics* font le long des troncs & des branches des arbres, & se nourrissent des *Insectes* qu'ils trouvent dans leurs fentes. Ils font leur nid dans les trous des arbres. On les trouve en *Bourgogne*, en *Auvergne* & en quelques autres endroits de *France*, & même d'*Europe*. *Du cabinet de M. de Reaumur.*

** 3. Le Grimpereau de la Martinique ou le Sucrier.

Voyez Pl. XXXIV. Fig. 5.

Certhia superne nigricans, infernè lutea; tæniâ supra oculos albo-flavicante; gutture albido; rectricibus nigricantibus, duabus utrinque extimis apice albis . . . . . Certhia Martinicana sive Saccharivora.

Luscinia, seu Philomela è fusco & luteo varia. *Sloane. Voy. of Jamaic. pag.* 307. *N°. XXXVII. hujus icon pessima Tab.* 259. *fig.* 3. *Raj. Syn. Avi. pag.* 187. *N°.* 45.

Luscinia, seu Philomela è fusco & luteo varia Raji, Sloane. *Klein. Avi. pag.* 74. *N°.* 10.

Les Anglois de la Jamaïque l'appellent Black and yellow Bird. *Sloane. Raj.*

Certhiam nostratem crassitie circiter æquat. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam tres pollices & septem lineas explet, & ad extremos ungues

Il est à peu près de la grosseur de *notre Grimpereau*. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de trois pouces sept lignes, & jusqu'à celui des ongles de trois

pouces six lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a six lignes de long ; sa queue seize lignes ; son pied sept lignes ; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, six lignes : les latéraux sont beaucoup plus courts ; & celui de derriere est un peu plus long que ces derniers. Il a six pouces de vol ; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent jusqu'aux deux tiers de la longueur de la queue. La tête, la partie supérieure du col, le dos, le croupion, les plumes scapulaires, les couvertures du dessus des aîles & celles du dessus de la queue sont noirâtres. Il y a de chaque côté de la tête une petite bande longitudinale d'un blanc-jaunâtre, qui part de l'origine du demi-bec supérieur, & passe par-dessus les yeux. La gorge, les couvertures du dessous des aîles & celles du dessous de la queue sont blanchâtres. La partie inférieure du col, la poitrine, le ventre, les côtés & les jambes sont jaunes. Les plumes de l'aîle sont noirâtres, & bordées intérieurement de blanchâtre. La queue est composée de douze plumes : les huit du milieu sont noirâtres : les deux plus extérieures de chaque côté sont de la mê-

tres pollices cum sex lineis. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos usque sex lineas longum est ; cauda sexdecim lineas ; pes septem lineas ; & trium digitorum anticorum medius cum ungue sex lineas : laterales multò sunt breviores ; & posticus lateralium longitudinem nonnihil excedit. Ab extremo ad extremum alarum extensarum distantia est sex pollicum ; alæ verò complicatæ ad duas tertias longitudinis caudæ partes usque protenduntur. Caput, pars colli superior, dorsum, uropygium, pennæ scapulares, quæ alas superne vestiunt, superioresque caudæ tectrices nigricant. In utroque capitis latere exigua extat tænia longitudinalis albo-flavicans, ab exortu mandibulæ superioris orta, & supra oculos ducta. Guttur, inferiores alarum tectrices & pennæ caudam subtus obtegentes candicant. Collum inferius, pectus, venter, latera & crura lutei sunt coloris. Remiges sunt nigricantes, oris interioribus albidis. Caudam componunt duodecim rectrices, quarum octo intermediæ nigricantes : binæ utrinque extimæ concolores, apicibus albis

prædītæ. Roſtrum nigrum. Pedes, unguesſque nigricantes. Habitat in *Jamaica* & *Martinica*, unde in *muſeum Reaumurianum* miſſa à *D. Thibault de Chanvalon.*

me couleur, & terminées de blanc. Le bec eſt noir. Les pieds & les ongles ſont noirâtres. On le trouve à *la Jamaïque* & à *la Martinique*, d'où il a été envoyé à *M. de Reaumur* par *M. Thibault de Chanvalon.*

** 4. LE GRIMPEREAU DES PHILIPPINES.

Voyez Pl. XXX. Fig. 2.

Certhia ſuperne griſeo-fuſca, ad virideſcentem colorem inclinans, infernè alba, ad ſulphureum vergens; rectricibus binis intermediis nigris, oris exterioribus viridi-aureo colore variantibus, lateralibus nigricantibus apice albidis.... CERTHIA PHILIPPENSIS.

Certhiæ noſtrati paululùm craſſitie cedit. Ipſius longitudo ab apice roſtri ad caudam extremam quatuor pollices & novem lineas æquat, & ad extremos ungues quatuor pollices & octo lineas. Roſtrum ab ipſius apice ad oris angulos unum pollicem longum eſt; cauda quindecim lineas; pes ſex cum ſemi lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue quinque cum ſemi lineas: laterales paulò ſunt breviores; poſticus autem anticorum medii longitudinem ferè adæquat. Alis expanſis, extremitates majorum remigum ſex pollicum

Il eſt un peu moins gros que *notre Grimpereau.* Sa longueur depuis le bout du bec juſqu'à celui de la queue eſt de quatre pouces neuf lignes, & juſqu'à celui des ongles de quatre pouces huit lignes. Son bec depuis ſa pointe juſqu'aux coins de la bouche a un pouce de long; ſa queue quinze lignes; ſon pied ſix lignes & demie; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, cinq lignes & demie; les latéraux ſont un peu plus courts; & celui de derriere eſt preſqu'auſſi long que celui du milieu de ceux de devant. Il a ſix pouces trois lignes de vol; & ſes aîles, lorſqu'elles ſont pliées,

s'étendent jusqu'aux deux tiers de la longueur de la queue. Les parties supérieures de la tête & du col, le dos, le croupion, les plumes scapulaires, les couvertures du dessus des aîles & celles du dessus de la queue sont d'un gris-brun, tirant sur le verdâtre. La gorge, la partie inférieure du col, la poitrine, le ventre, les côtés, les jambes & les couvertures du dessous de la queue sont d'un blanc mêlé d'une légere teinte de couleur de soufre. Les plumes de l'aîle sont brunes, & bordées extérieurement d'une couleur un peu plus claire. La queue est composée de douze plumes : les deux du milieu sont noires, & ont leur bord extérieur d'un noir changeant en verd-doré ; mais fort peu apparent : les latérales sont noirâtres, & terminées d'un blanchâtre, qui occupe d'autant plus d'espace, que la plume est plus extérieure. Le bec, les pieds & les ongles sont noirs. On le trouve aux *Isles Philippines*, d'où il a été envoyé à *M. l'Abbé Aubry*, qui le conserve dans son *cabinet*.

& trium linearum intervallo distant; alæ vero complicatæ duas tertias longitudinis caudæ partes attingunt. Partes capitis & colli superiores, dorsum & uropygium vestiunt pennæ griseo-fuscæ, ad viridescentem colorem inclinantes. Scapulares, quæ alas superne cooperiunt, superioresque caudæ tectrices concolores. Guttur, collum inferius, pectus, venter, latera, crura, tectricesque caudæ inferiores ex albo ad sulphureum colorem vergunt. Alarum remiges fuscæ sunt, oris exterioribus nonnihil dilutioribus. Duodecim rectricibus cauda conflatur : binæ intermediæ nigræ, oris exterioribus viridi-aureo colore, attamen minimè conspicuo, variantibus : laterales nigricantes, apicibus albidis præditæ; albidus autem color eò majus spatium occupat, quò rectrix exterior fit. Rostrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Philippensibus Insulis*, unde missa in *museum D. Aubry*.

** 5. LE GRIMPEREAU GRIS DES PHILIPPINES.

Voyez Pl. XXX. Fig. 3.

Certhia supernè griseo-fusca, infernè albo-flavicans; collo inferiore tæniâ longitudinali saturatè violaceâ insignito; tectricibus alarum superioribus violaceo-chalybeis; rectricibus nigris, exteriùs violaceo-chalybeo fimbriatis, lateralibus apice albidis . . . . CERTHIA PHILIPPENSIS GRISEA.

Præcedenti nonnihil crassitie cedit. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam quatuor pollices & octo lineas æquat, & ad extremos ungues quatuor pollices & septem lineas. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos usque novem lineas longum est; cauda quindecim lineas; pes sex cum semi lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue quinque cum semi lineas: laterales paulò sunt breviores; & posticus anticorum medii longitudinem ferè adæquat. Alis expansis, extremitates majorum remigum sex pollicum & trium linearum intervallo distant; alæ verò complicatæ ad duas tertias longitudinis caudæ partes usque protenduntur. Partes capitis & colli superiores, dorsum, uropygium, pennæ

Il n'est pas tout-à-fait si gros que le précédent. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de quatre pouces huit lignes, & jusqu'à celui des ongles de quatre pouces sept lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a neuf lignes de long; sa queue quinze lignes; son pied six lignes & demie; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, cinq lignes & demie: les latéraux sont un peu plus courts; & celui de derriere est presqu'aussi long que celui du milieu de ceux de devant. Il a six pouces trois lignes de vol; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent jusqu'aux deux tiers de la longueur de la queue. Les parties supérieures de la tête & du col, le dos, le croupion, les plumes scapulaires & les couvertures du dessus de la queue sont d'un fort joli gris-

brun. La gorge, la partie inférieure du col, la poitrine, le ventre, les côtés, les jambes & les couvertures du dessous de la queue sont d'un blanc-jaunâtre; cependant la poitrine tire plus sur le jaune que tout le reste. La partie inférieure du col est marquée d'une bande d'un violet foncé, qui part de dessous la gorge, & s'étend selon la longueur du col. Les couvertures du dessus des aîles sont d'un violet d'acier poli. Les plumes de l'aîle sont brunes. La queue est composée de douze plumes noires, bordées extérieurement d'un violet d'acier poli : les latérales sont de plus terminées d'un peu de blanchâtre. Le bec, les pieds & les ongles sont noirs. On le trouve aux *Isles Philippines*, d'où il a été envoyé à *M. l'Abbé Aubry*, qui le conserve dans son *cabinet*.

scapulares & superiores caudæ tectrices eleganti griseo-fusco tinguntur. Guttur, collum inferius, pectus, venter, latera, crura, inferioresque caudæ tectrices ex albo-flavicant; pectus tamen magis ad flavum vergit. Collum inferius tæniâ insignitur saturatè violaceâ, à gutture ortâ, & secundùm colli longitudinem protensâ. Superiores alarum tectrices violaceo-chalybeo colore perlustrantur. Remiges sunt fuscæ. Cauda duodecim conflatur rectricibus nigris, violaceo-chalybeo exteriùs fimbriatis : laterales insuper pauco albido terminantur. Rostrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Philippensibus Insulis*, unde missa in *museum D. Aubry*.

** 6. LE PETIT GRIMPEREAU DES PHILIPPINES.

Voyez Pl. XXXII. Fig. 5.

Certhia superne griseo-fusca, infernè lutea; gutture maculâ saturatè violaceâ insignito; rectricibus saturatè fuscis, binis utrinque extimis apice albo-flavicantibus . . . . CERTHIA PHILIPPENSIS MINOR.

Il est beaucoup plus petit que le précédent. Sa longueur

Præcedenti multùm crassitie cedit. Ipsius longitudo ab

ab apice rostri ad caudæ extremitatem tres pollices & octo lineas explet, & ad extremos ungues tres pollices & sex lineas. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos novem lineas longum est; cauda quindecim lineas; pes sex lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue quatuor cum semi lineas : laterales paulò sunt breviores; posticus autem ad anticorum medii longitudinem accedit. Ab extremo ad extremum alarum extensarum distantia est quinque pollicum & octo linearum; alæ verò complicatæ duas tertias partes longitudinis caudæ pertingunt. Partes capitis & colli superiores, dorsum & uropygium vestiunt pennæ griseo-fuscæ. Scapulares, quæ alas superne cooperiunt, superioresque caudæ tectrices eodem imbuuntur colore. Guttur majusculâ maculâ saturatè violaceâ insignitur. Pars colli inferior, pectus, venter, latera, crura, inferiores caudæ tectrices & pennæ alas subtus obtegentes luteo tinguntur. Remiges sunt griseo-fuscæ. Caudam componunt duodecim rectrices, quarum octo intermediæ fa-

depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de trois pouces huit lignes, & jusqu'à celui des ongles de trois pouces six lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a neuf lignes de long; sa queue quinze lignes; son pied six lignes; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, quatre lignes & demie : les latéraux sont un peu plus courts; & celui de derriere est presqu'aussi long que celui du milieu de ceux de devant. Il a cinq pouces huit lignes de vol; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent jusqu'aux deux tiers de la longueur de la queue. Les parties supérieures de la tête & du col, le dos, le croupion, les plumes scapulaires, les couvertures du dessus des aîles & celles du dessus de la queue sont d'un gris-brun. La gorge est marquée d'une assez grande tache d'un violet foncé. La partie inférieure du col, la poitrine, le ventre, les côtés, les jambes, les couvertures du dessous de la queue & celles du dessous des aîles sont jaunes. Les plumes de l'aîle sont d'un gris-brun. La queue est composée de douze plumes : les huit du milieu sont d'un brun foncé : les deux plus ex-

térieures de chaque côté sont de la même couleur, & terminées de blanc-jaunâtre, cette derniere couleur coupant obliquement la plume la plus extérieure de chaque côté. Le bec, les pieds & les ongles sont noirâtres. On le trouve aux *Isles Philippines*, d'où il a été envoyé à *M. l'Abbé Aubry*, qui le conserve dans son *cabinet*.

turatè fuscæ : binæ utrinque extimæ concolores, apice albo-flavicantes; color autem albo - flavicans rectricem utrinque extimam obliquè dividit. Rostrum, pedes, unguesque nigricant. Habitat in *Philippensibus Insulis*, unde in *museum D. Aubry* missa est.

** 7. Le Grimpereau du Cap de Bonne Espérance.

Voyez Pl. XXXI. Fig. 1.

Certhia griseo - fusca, superne saturatiùs, infernè dilutiùs; rectricibus nigricantibus, oris exterioribus griseo - fuscis, extimâ exteriùs albido fimbriata . . . . Certhia Capitis Bonæ Spei.

Il est à peu près de la grosseur d'un *Roitelet*. Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de quatre pouces deux lignes, & jusqu'à celui des ongles de trois pouces onze lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a huit lignes & demie de long; sa queue un pouce cinq lignes; son pied sept lignes; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, cinq lignes : les latéraux sont un peu plus courts; & celui de derriere est de la

Regulum crassitie circiter æquat. Ipsius longitudo à rostri apice ad caudam extremam quatuor pollices & lineas binas explet, & ad extremos ungues tres pollices & undecim lineas. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos usque octo cum semi lineas longum est; cauda unum pollicem & quinque lineas; pes septem lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue quinque lineas : laterales paulò sunt breviores; posticus autem

anticorum medium longitudine æmulatur. Ab extremo ad extremum alarum extensarum distantia est sex pollicum; alæ verò complicatæ mediam caudæ longitudinem attingunt. Caput, pars colli superior, dorsum, uropygium, pennæ scapulares, quæ caudam superne obtegunt, alarumque tectrices superiores minores sunt griseo-fuscæ. Guttur, collum inferius, pectus, venter, latera, crura, inferiores caudæ tectrices & pennæ alas subtus vestientes eodem imbuuntur colore, sed multò dilutiore. Superiores alarum tectrices majores sunt fuscæ, griseo-fusco fimbriatæ. Remiges similiter fuscæ, oris exterioribus griseo-fuscis. Caudam componunt duodecim rectrices nigricantes, oris exterioribus griseo-fuscis præditæ; utrinque tamen extima est exteriùs albido fimbriata. Rostrum, pedes, unguesque nigricantes. Coloribus lucidis nullo modo perlustratur hæc Avis, secùs ac in plerisque hujus generis speciebus evenit: forsan hæc est cujusdam speciei fœmina. Habitat in *Capite Bonæ Spei*, unde missa ad *D. Comitem de Ben-*

même longueur que celui du milieu de ceux de devant. Il a six pouces de vol; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent jusqu'à la moitié de la longueur de la queue. La tête, la partie supérieure du col, le dos, le croupion, les plumes scapulaires, les couvertures du dessus de la queue & les petites du dessus des aîles sont d'un gris-brun. La gorge, la partie inférieure du col, la poitrine, le ventre, les côtés, les jambes, les couvertures du dessous de la queue & celles du dessous des aîles sont de la même couleur, mais beaucoup plus claire. Les grandes couvertures du dessus des aîles sont brunes, & bordées de gris-brun. Les plumes de l'aîle sont pareillement brunes; & ont leur bord extérieur d'un gris-brun. La queue est composée de douze plumes noirâtres, & dont le bord extérieur est gris-brun, excepté celui de la plus extérieure de chaque côté, qui est blanchâtre. Le bec, les pieds & les ongles sont noirâtres. Il n'a aucune des couleurs brillantes dont la plûpart des especes de son genre sont ornées: c'est peut-être une femelle de quelqu'une de ces espéces. On le trouve au *Cap de Bonne Espérance*, d'où il a été

envoyé à *M. le Comte de Bentinck*, qui en a fait présent à *M. de Reaumur.*

tinck, qui *D. de Reaumur* dono dedit.

8. LE GRIMPEREAU DE BAHAMA.

Certhia superne fusca, infernè lutea; tæniâ supra oculos candidâ; marginibus alarum luteis; rectricibus superne fuscis, subtus sordidè albis . . . . CERTHIA BAHAMENSIS.

Luscinia pectore flavo. *Klein. Avi. pag.* 74. *N°.* 9.
Mésange de Bahama. *Catesb. Tom. I. pag.* 59; *avec une figure exacte, Pl.* 59.
Les Anglois l'appellent BAHAMA TITMOUSE. *Catesb.*

Il est un peu plus gros que *notre Grimpereau.* Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est d'environ quatre pouces huit lignes, & jusqu'à celui des ongles de trois pouces dix lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a six lignes de long; sa queue deux pouces; son pied six lignes & demie; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, cinq lignes & demie : les latéraux sont un peu plus courts; & celui de derriere est presqu'aussi long que celui du milieu de ceux de devant. Ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent environ jusqu'au tiers de la longueur de la queue. Le dessus de la tête & du col, le dos & le croupion sont bruns. Les plumes scapulaires,

Crassitie *Certhiam nostratem* paululùm antecellit. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam quatuor pollices & octo circiter lineas æquat, & ad extremos ungues tres pollices & decem lineas. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos usque sex lineas longum est; cauda duos pollices; pes sex cum semi lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue quinque cum semi lineas : laterales paulò sunt breviores, & posticus anticorum medii longitudinem ferè adæquat. Alæ complicatæ ad tertiam circiter longitudinis caudæ partem usque protenduntur. Partes capitis & colli superiores, dorsum & uropygium vestiunt pennæ fuscæ. Scapula-

res; quæ alas ſuperne cooperiunt, ſuperioreſque caudæ tectrices eodem imbuuntur colore. In utroque capitis latere tænia extat candida, ab exortu roſtri orta, ſupra oculos ducta, & versùs occipitium uſque protenſa. Guttur, pars colli inferior, pectus, venter ſupremus, latera, tectrices alarum inferiores, ſicut & alarum margines, versùs articulum carpo humano reſpondentem, lutei ſunt coloris; qui color in gutture fit dilutior quàm in reliquis prædictis partibus. Venter imus, crura, inferioreſque caudæ tectrices eodem imbuuntur colore ac dorſum ipſum tingitur. Remiges ſunt fuſcæ. Cauda duodecim conſtat rectricibus ſuperne fuſcis, ſubtus ſordidè albis. Roſtrum nigrum. Pedes, ungueſque fuſci. Habitat in *Bahamenſi Inſula.*

les couvertures du deſſus des aîles & celles du deſſus de la queue ſont de la même couleur. De chaque côté de la tête eſt une bande blanche, qui part de l'origine du bec, & s'étend juſque vers l'occiput, en paſſant par-deſſus les yeux. La gorge, la partie inférieure du col, la poitrine, le haut du ventre, les côtés, les couvertures du deſſous des aîles & le bord de l'aîle, vers le pli qui répond à celui du poignet, ſont jaunes; cette couleur eſt plus claire ſous la gorge qu'ailleurs. Le bas-ventre, les jambes & les couvertures du deſſous de la queue ſont de la même couleur que le dos. Les plumes de l'aîle ſont brunes. La queue eſt compoſée de douze plumes brunes par-deſſus & d'un blanc ſale par-deſſous. Le bec eſt noir. Les pieds & les ongles ſont bruns. On le trouve dans l'*Iſle de Bahama.*

9. LE GRIMPEREAU DES INDES.

Certhia ſuperne fuſca, cupri puri colore varians, infernè alba; tæniâ ſupra oculos candidâ; faſciolâ utrinque roſtrum inter & oculum obſcurè fuſcâ; rectricibus nigricantibus, extimâ apice albâ . . . . CERTHIA INDICA.

Falcinellus fuſcus; ventre albicante. *Klein. Avi. pag.* 108. *N°.* 14.
Petit Grimpereau brun & blanc. *Edwards. Tom. I. pag. XXVI*; *avec une figure exacte Pl.* 26.

Il n'eſt pas ſi gros que le *Poul* ou *Souci*. Sa longueur depuis le bout du bec juſqu'à celui de la queue eſt d'environ trois pouces ſept lignes, & juſqu'à celui des ongles de trois pouces ſix lignes. Son bec depuis ſa pointe juſqu'aux coins de la bouche a huit lignes de long; ſa queue treize lignes; ſon pied cinq lignes & demie; & celui du milieu des *trois doigts* antérieurs, joint avec l'ongle, cinq lignes: les latéraux ſont un peu plus courts; & celui de derriere eſt preſqu'auſſi long que celui du milieu de ceux de devant. Ses aîles, lorſqu'elles ſont pliées, s'étendent juſqu'aux trois quarts de la longueur de la queue. Les parties ſupérieures de la tête & *du col*, *le dos*, *le croupion*, les plumes ſcapulaires, les couvertures du deſſus des aîles & celles du deſſus de la queue ſont d'un brun changeant en couleur de cuivre de roſette. De chaque côté de la tête eſt une petite bande d'un brun-obſcur, qui part des coins de la bouche, & s'étend juſqu'à l'œil. Au-deſſus de celle-ci en eſt une blanche, qui part de l'origine du bec, & s'étend par-deſſus l'œil. La gorge, la partie inférieure du col, la poitrine, le ventre, les jambes, les cou-

Calendulæ craſſitie cedit. Ipſius longitudo ab apice roſtri ad caudam extremam tres pollices & ſeptem circiter lineas æquat, & ad extremos ungues tres pollices cum ſex lineis. Roſtrum ab ipſius apice ad oris angulos uſque octo lineas longum eſt; cauda tredecim lineas; pes quinque cum ſemi lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue quinque lineas: laterales paulò ſunt breviores; & poſticus cum anticorum medio longitudine ferè convenit. Alæ complicatæ ad tres quartas longitudinis caudæ partes extenduntur. Partes capitis & colli ſuperiores, dorſum, uropygium, pennæ ſcapulares, quæ alas ſuperne veſtiunt, ſuperioreſque caudæ tectrices ſunt fuſcæ, cupri puri colore variantes. In utroque capitis latere faſciola extat obſcurè fuſca, ab oris angulis orta, & ad oculum uſque protenſa. Supra quam faſciolam tænia adeſt candida, ab exortu roſtri orta, & ſupra oculum producta. Guttur, pars colli inferior, pectus, venter, latera, crura, inferiores caudæ tectrices & pennæ alas ſubtus obtegentes albent.

Remiges alarum fuscæ sunt; orisque donantur exterioribus fuscis quidem, sed cupri puri colore variantibus. Cauda duodecim constat rectricibus nigricantibus, quarum utrinque extima apice albet. Rostrum obscurè fuscum. Pedes, unguesque fusci. Habitat in *India Orientali.*

vertures du dessous de la queue, celles du dessous des aîles & les côtés sont blancs. Les plumes de l'aîle sont brunes, & bordées extérieurement d'un brun changeant en couleur de cuivre de rosette. La queue est composée de douze plumes noirâtres, dont la plus extérieure de chaque côté est terminée de blanc. Le bec est d'un brun obscur. Les pieds & les ongles sont bruns. On le trouve aux *Indes Orientales.*

** 10. LE GRIMPEREAU OLIVE DES PHILIPPINES.

Voyez Pl. XXXIV. Fig. 4.

Certhia superne obscurè olivacea, infernè lutea; collo inferiore & pectore splendidè saturatè violaceis; rectricibus fuscis, oris exterioribus obscurè olivaceis . . . . CERTHIA PHILIPPENSIS OLIVACEA.

Crassitie *Regulum* circiter æmulatur. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam quatuor pollices æquat, & ad extremos ungues tres pollices & undecim lineas. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos usque novem cum semi lineas longum est; cauda quatuordecim lineas; pes sex lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue quinque lineas : laterales

Il est à peu près de la grosseur du *Roitelet.* Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de quatre pouces, & jusqu'à celui des ongles de trois pouces onze lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a neuf lignes & demie de long; sa queue quatorze lignes; son pied six lignes; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, cinq lignes : les latéraux sont un peu plus courts;

& celui de derriere est un peu plus long que ces derniers. Il a six pouces de vol ; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, ne s'étendent pas tout-à-fait jusqu'aux deux tiers de la longueur de la queue. La tête, la partie supérieure du col, le dos, le croupion, les plumes scapulaires, les couvertures du dessus de la queue & les petites du dessus des aîles sont d'une couleur d'olive rembrunie & obscure. La gorge, la partie inférieure du col & la poitrine sont d'un violet foncé très-éclatant. Le ventre, les côtés, les jambes & les couvertures du dessous de la queue sont jaunes. Celles du dessous de l'aîle sont d'un blanc-jaunâtre. Les grandes couvertures du dessus des aîles & les plumes de l'aîle sont brunes, & bordées extérieurement d'une couleur d'olive obscure. La queue est composée de douze plumes de la même couleur que celles des aîles. Le bec est noir. Les pieds & les ongles sont d'un cendré foncé. On le trouve aux *Isles Philippines*, d'où il a été apporté à *M. de Reaumur* par *M. Poivre.*

paulò sunt breviores; postîcus autem lateralium longitudinem nonnihil excedit. Alis expansis, extremitates majorum remigum sex pollicum intervallo distant ; alæ verò complicatæ duas tertias longitudinis caudæ partes non attingunt. Caput, pars colli superior, dorsum, uropygium, pennæ scapulares, caudam superne vestientes & superiores alarum tectrices minores obscuro tinguntur olivaceo, ad fuscum inclinante. Guttur, collum inferius & pectus splendidissimo imbuuntur violaceo saturato. Venter, latera, crura, inferioresque caudæ tectrices lutei sunt coloris. Pennæ alas subtus obtegentes ex albo flavicant. Tectrices alarum superiores majores, sicut & remiges, fuscæ sunt, orisque donantur exterioribus obscurè olivaceis. Caudam componunt duodecim rectrices remigibus concolores. Rostrum nigrum. Pedes, unguesque saturatè cinerei. Habitat in *Philippensibus Insulis*, unde in *museum Realmurianum* allata à *D. Poivre.*

** 11. LE

** 11. LE GRIMPEREAU OLIVE DE MADAGASCAR.

Voyez Pl. XXXIII. Fig. 1.

Certhia superne obscurè viridi-olivacea, vertice obscuriore, infernè griseo-fusca; oculorum ambitu candicante; rectricibus fuscis, oris exterioribus obscurè viridi-olivaceis. . . . . . CERTHIA MADAGASCARIENSIS OLIVACEA.

Certhiæ nostrati crassitie cedit. Ipsius longitudo ab apice rostri ad caudam extremam quatuor pollices explet, & ad extremos ungues tres pollices & octo lineas. Rostrum ab ipsius apice ad oris angulos usque sex cum semi lineas longum est; cauda unum pollicem & septem lineas; pes septem cum semi lineas; & trium digitorum anticorum medius cum ungue quinque cum semi lineas: laterales paulò sunt breviores; posticus autem cum anticorum medio longitudine ferè convenit. Ab extremo ad extremum alarum extensarum distantia est sex pollicum & totidem linearum; alæ verò complicatæ ad duas ferè tertias longitudinis caudæ partes extenduntur. Caput, collum superius, dorsum, uropygium, pennæ scapulares, quæ alas superne vestiunt,

Il n'est pas si gros que *notre Grimpereau.* Sa longueur depuis le bout du bec jusqu'à celui de la queue est de quatre pouces, & jusqu'à celui des ongles de trois pouces huit lignes. Son bec depuis sa pointe jusqu'aux coins de la bouche a six lignes & demie de long; sa queue un pouce sept lignes; son pied sept lignes & demie; & celui du milieu des trois doigts antérieurs, joint avec l'ongle, cinq lignes & demie: les latéraux sont un peu plus courts; & celui de derriere est presqu'aussi long que celui du milieu de ceux de devant. Il a six pouces six lignes de vol; & ses aîles, lorsqu'elles sont pliées, s'étendent presque jusqu'aux deux tiers de la longueur de la queue. La tête, la partie supérieure du col, le dos, le croupion, les plumes scapulaires, les couvertures du dessus des aîles & celles du dessus de la queue sont d'un verd-d'olive sombre, & qui est très-

rembruni sur le front & le sommet de la tête. La gorge, la partie inférieure du col, la poitrine, le ventre, les côtés, les jambes, les couvertures du dessous de la queue & celles du dessous des aîles sont d'un gris-brun. Le tour des yeux est blanchâtre. Les plumes de l'aîle sont brunes, & bordées extérieurement d'un verd-d'olive semblable à celui du dos. La queue est composée de douze plumes de la même couleur que celles des aîles. Le bec est noirâtre. Les pieds & les ongles sont bruns. On le trouve à *Madagascar*, d'où il a été apporté à l'*Isle de Bourbon* à *M. de Lanux*, qui l'a ensuite envoyé à *M. de Reaumur.*

superioresque. caudæ tectrices colore tinguntur obscurè viridi-olivaceo, in fronte & capitis vertice multò obscuriore & ad fuscum inclinante. Guttur, partem colli inferiorem, pectus, ventrem, latera & crura vestiunt pennæ grisco-fuscæ. Quæ caudam subtus obtegunt, alarumque tectrices inferiores concolores. Oculorum ambitus candicat. Remiges sunt fuscæ, orisque donantur exterioribus viridi-olivaceo æquè ac in dorso obscuro tinctis. Caudam componunt duodecim rectrices remigibus concolores. Rostrum nigricans. Pedes, unguesque fusci. Habitat in *Madagascaria*, unde in *Borbonicam Insulam* allata ad *D. de Lanux*, à quo posteà in *museum Realmurianum* missa est.

** 12. Le Grimpereau bleu de Cayenne.

Voyez Pl. XXXI. Fig. 4.

Certhia splendidè cyanea, nonnihil ad violaceum vergens; capite cyaneo dilutiore tincto; gutture & tæniâ per oculos splendidè nigris; remigibus, rectricibusque nigris . . . . CERTHIA CAYANENSIS CŒRULEA.

Falcinellus gulâ alisque nigris. *Klein. Avi. pag.* 108. *N°.* 13.
Falcinellus Papilio. *Klein. Avi. pag.* 107. *N°.* 6.
Avis, Hoitzillin, Papilio vocata, colore cœruleo & nigro venustissima. *Seb. Vol. I. pag.* 97. *hujus icon minimè accurata Tab. LXI. fig.* 5.

Hoitzitzil, seu Avis varia. *Hernand. Hist. Mex. pag.* 320, *in qua hujus icon non satis accurata.*

